



Это цифровая копия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных полках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все иометки, иримечания и другие засиси, существующие в оригинальном издании, как наиминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, иринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредиринали некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заирсы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.

Мы разработали иrogramму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.

- Не отиравляйте автоматические заирсы.

Не отиравляйте в систему Google автоматические заирсы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оптического распознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.

- Не удаляйте атрибуты Google.

В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доилнительные материалы ири иомощи иrogramмы Поиск книг Google. Не удаляйте его.

- Делайте это законно.

Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих определить, можно ли в определенном случае исиользовать определенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск и этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

624 P Phyl 326

H. n. 624.




**BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.**

5711

METHODI HER.
BARIÆ,
LIBRI TRES.

Adami Zaluziansky à Zaluzian,
Med: D.

B.



Theophrastus de Historia plantarum lib. 4. cap. n.

Propria itaq; privatim, communia publica
et contemplari congruum est.

PRAGÆ, in officina Georgij Dacziceni.

Anno Domini, M. D. XCII.

IN IN SIGNIA ILLVSTRISSIMI HE
ROIS ET DOMINI DOMINI GVLIEL
MI VRSINI DE ROSIS ETC.



Cocum Cretæas supremo vertice fulcit
Arctos, occidui næscia signa salis,
Terris omnigenū fruticū Rosa florib. antecit,
Seu conferre usū, seu quis honore velit.
At Virtus Rosberga ijt hīc super ethera famā:
Accpta utra utris nomina tanta ferent?

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Ad : à Zaluzian Med. D.

HERBARIÆ IN OR- DINEM DIGESTAE PRAEFA- TIO

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCI-
PEM, ET DOMINVM D. GVLIELMVM VR-
SINVM DE ROSIS, INCLYTÆ DOMVS ROSENBER-
GICAF GUBERNATOREM, AVREI VELLE-
ris Equitem, S. C. M. intimum Consiliarium, & su-
perium Regni Bohemiz Purgravium &c.
Dominum Dominum clemen-
tissimum.

In cunctis medicinæ quodam arte ordinem esse, pa-
ròm sciri, neq; hoc, quicquid sit, ad
usum rectè transferri posse, sine toti-
us cognitione putaram: & in hac
rerum copia, autorum infinita varietate,
hoc unum restare videtur, ut teneatur vera aliqua
ratio, cum qua omnis Medicinæ confusio congruere, &
conferri, ipsa quidem cum nulla possit) prima occurrit
materiæ Medicinæ difficultas, & hunc velut abortum in-
stituti, Camænis Quiritium tuorum, Celsitudini Tuæ
coëgit me dedicare, Illusterrime Mæcoenas. Sit enim
hoc tui verbum verissimum, dum maximâ hominum via
leicit in parte. Namq; tu præter cæteros his terris, artes
— Reliquias Danaum, terrenq; mariq;
Omnibus exhaustas jam casibus, omnium egenas
Urbe, domo socias.

Vt objicere moliar Troas illos, qui simul cum Gente
literis Latinis primordia dederunt, Italiam fato profu-
gos. Tu et quidem Celsi: opera hec a me condicenda fu-
it, non suo duxat ipsius nomine, sed & Illustrissimi,
atque optimi Principis olim, Domini Domini Iulij, Du-
cis Brusvicensis, & Lunenburgensis, Tu et Celsitudini
non minus amore, & benevolentia, quam affinitate con-
juncti, cui pro singulari beneficio, ac liberalitate, qua
in album hoc receptus sum, gratia debitam, his in locis ti-
bi prestare debui. Simul, ut hac mea temeritate fiat, quod
tuonomini debemus, ut in hujusmodi quoque acta exeat,
sciatque omnes quam ex aequo tecum vivat dignitas & lite-
ra. Quanquam ideo magna circumstat cura, ut quae tibi dic-
antur condigna sint. Antiquissimo, & in nostro or-
be primario loco natus tu, Iudiciis supremi princeps,
& in quo Regni res, si quando mutantur (quod Deus
quam diutissime avertat) inclinatae recumbunt. Et
nobis longe inferioribus quidem, qualis in quotidi-
anis negotiis. Nec quicquam interest inter tuam
amplissimam, & aliorum fortunam, nisi quod ut vis,
tantundem penè prodesse potes. Haec quis posset
intrepidus aestimare, forte subiturus, ne dum sponte
lascens judicium tuum. Et tamen aliâ viâ occurris in-
gentior, & longior etiam submoves ingenij fascibus.
Fulget in nullo unquam sapientiae lux verius dicta-
vitae magistra: Fulgurat in nullo vis eloquentiae ma-
jor, publicae potestatis socia, & administratrix. Quanto tu
animo

animo primariorum Regni munus sustines? Quāto ore
æquitatem tonas? quanto patriam amas? Et siigitur
sciebam, difficile esse cuiquam talem accipere, ne dum
facere causæ suæ judicem: tamen perfricui faciem: idq;
eò magis, quod rudes hos & levioris operæ tibi dedi-
cavili bellos. Nam in plantarum doctrinâ, laboris ní-
misi, ingenij, quod alioquin mihi perquâ exiguum est,
aut commendationis propter inexplicabilem seriem,
& quam pauci admodum attingant propter secretum
materiæ, minime capaci: arduares est, cùm singulas
plantas nosse, tanta locorum intercapedine, naturæ
varietate, præceprorum confusione & multitudine,
tùm vel maximè coniunctas disponere, genera & species
omissas supplere, supervacanea recidere, confusa suis
locis restituere, omnibus vero ordinem, & ordini suo
omniam dare: cùm præsertim & celeberrimi autorū dif-
ficultatem hâc vitârint, quibus ego nulla ex parte com-
parâdus sim. Nam (ut obiter & de instituto hoc plura
dicâ) Methodus est generis, seu notionis alicuius com-
munis in species proximas diductio, & specierum ipsa-
rum deinceps eodem modo, donec extremum aliquid
in termino distributionis occurrerit. Primum enim
communia cœu faces præferri oportet, unde subjectæ
partes patere possint, & ne, quod commune est, in sin-
gulis partibus repetatur, cum semel proditum per om-
nes intelligatur: Breviter, ut semel quæc dicantur,
& universa doctrina clarior, & succinctior sit, id est fa-

cilior. Non queo mihi temperare , quod mindus ad hoc pertinentia ipsa Hippocratis, Platonis , & Galenī verba ponam, ut inde appareat etiam Hippocratem, hominem in Medicina , & Platonem in Sapientia tantum, ut nomen divinum inde invenerint, itēmq; Galenū, qui cum his decertavit, solum hunc tenuisse à generalibus ad specialia procedendi ordinem. Quid enim ajunt in commentarijs de natura hominis?

Natura cū ego ante (inquit Galenus) memini: tūm Plato vult non ignarum esse cum , qui quicquam via parat , & ratione tractare : cuius tibi verba adscribam. Quid? tu anima (inquit) naturam probè absq; universi natura assequi te posse existimas? Qui, si quid Hippocrati credimus, illi ex familia Asclepiadarum , ne de corpore quidem citra hanc rationem. Rectè tu quidem amice. Faciendum tamen est aut ad Hippocratem extendamus disputationem , consideremusq; , num consentiat illi. Sanè quidem. Quid igitur dicit Hippocrates , & recta ratio? Num sic? Opera precium est cuiusq; rei naturam considerare: Primum simplex sit , an multiformis , cuius nobis comparare scientiam volumus , & eam facultatem , ut aliis illam tradere possumus. Deinde simplex se sit , animadvertenda illius facultas est , quam ad agendum habet , aut patientium ab aliquo comparatam. At multas si formas habeat , his enumeratis id ipsum quod in una diximus , in unaquaq; viden-
dum

dum, ad quid scilicet faciendum sit, aut patiendum ab aliquo nata. Habes Platonis ex Phædro verba, quæ nominis natura significationē docent, & qua nam sit ratione, & via ipsius contemplanda essentia &c.

At in Herbaria nondum (quod quidem inveniam) hoc modo omnium plantarum generum, præsertim superiorum definitio, vel (ut Platonis verbis utar) rei cuiuscumque facultatis agendi aliquid, aut patiendi, quæ habet, confideratio tentata est. Nondum definitis generibus species, aut partes veræ & propriæ subjectæ sūt, vel (ut Plato præcipit) formis enumeratis, quod primam in genere, idem postea in his singulis præstitum. Omnis quidem doctrina (Marcus Tullius inquit, ut per hunc quoque advocatum defendamus) debet à definitione proficiunt, ut intelligatur, quid sit id, de quo differitur, atque adeo quid ad explicandum afferri oporteat: At nusquam (quod sciam) Herbaria ac ne planta quidem definita est. Similis in connexis, aut inferioribus generibus difficultas. Aetiologya de natura & partibus plantarum generalis, & communis est, ideoque generaliter & communiter tractanda: At in singulis speciebus ita sèpè inculcatur, ut in fastidium sit adducta. Iam in Historia, & collocandis insimis speciebus plantarum, alicubi omnian genera proxima prætermittuntur, alibi alphabeti, ciborumve, aut medicamentorum, aut coronamentorum ordo adhibetur, id est plantæ alienis Grammaticæ, aut Medicinæ generibus non tam recensentur quam

confunditur. Neq; enim Herbaria mentione alphabeti, alimentorum, medicinarum, coronamentorum referienda est. Nā ej subjecta & propria est natura, ac preventus plantarum, neq; elementa tradendi, aut cibos, medicamenta dandi, aut corollas nec tendi, sed naturæ stirpium, qualis est radix, stipes, brachium, frons, iris, aloë, citrus, &c. materiam quam tractet, & critica quam versetur propositam habet. Alicubi ipsæ res Herbariæ propriæ, quæ communes sunt inferiorum specierum loco ponuntur, ut apud Dioscoridem & Plinium, odore & ungventis comprehenditur iris, juncus odoratus, cinnamomum, & alia quām plurimam. At odor talis omnium plantarum communis est, ideoq; minime ad partem aliquam restringendus, aut proxime, & ante prædictas species collocandus fuit. Apud Theophrastum itemq; alios, plantæ per arbores, frutices, cremia, & herbas dividuntur. At herbæ & subtilioris plantæ discrimen similiter generale, & ideo cunctis speciebus præponendum est. Neq; enim humilius tantum genus herba est, neq; solum robustius, arboris figuram habet: sed & illic arbores & frutices. Ecujusmodi sunt anagyris, sena, colutea, & in oleribus quæ vocamus dendrolachana) & hic herbæ & cremia, (qualis est erica, myrtillus, punica) inveniuntur. Inde plantarum doctrina immensæ confusionis, incredibile dictu est, quā obscuris præceptorū, partim omissorum aut redundantium, partim distractorum tenebris pre-matur:

matur: ut **Dioscoridis** voluminibus íris, acorus, cypे-
rus, juncus odoratus &c. ab arundinaceis, colchicum
à croco, sena & alia plurima à leguminosis, thapsia à fe-
tulaceis, hieracea à chondrillis, sisymbrium à menta,
scammonium & soldanella à volubilibus, cucumis syl-
vestris à sativo, colocynthis sive cucurbitula ab esculen-
ta cucurbita & item alia id genus distrahitur, & quām
diversissimis juxta & incommodissimis locis disponun-
tur; Postremus est in Herbaria locus usui, & exercitio,
quod unius & ejusdem doctrinæ multiplex, ac variū
est, ut in topiaria, materijs architecti, hortorum, agro-
rum aut sylvarū cultura, in obsonatoria, medicamenta-
ria, & cæteris hujus generis. Harum quoqe infimarum
partium qualibet, Herbariā quidam, quasi, dígito cor-
pus, aut una aliqua regione universū terrarum orbem
includere ingressi sunt. Vnde innumera de plantis vo-
lumina nata sunt, ut jam par numerus præceptorum &
exemplorū, majorqe discendi labor, quām utilitas pos-
sit intelligi. Me verò non pœnitet suis quæqe & pro-
ximis id est veris generibus, quo ad eis facere potui,
connectere studuisse, periculumqe fecisse, possētne Her-
baria quoqe methodi legibus subjici, id est, animo, co-
gnitioneqe comprehendī, & artis nomini consonare:
quanquam non sine magna difficultate, & temporis
impedio: cùm & tanta, tamqe sui similis, & conjuncta
rerum abstrusarum multitudo, ut quid primum, quid
secundum sit, ratio vix iniri posse videatur, s^xpēdu-
bios

bios nos animi facit: & quæ singuli autores præteri-
erunt, ex omnibus magno negotio colligenda sunt.
Itaq; etiam non assecuto voluisse abunde honestum
atq; laudabile erit. Quia verò non statim, ut di-
citur, vela feci, & singularum plantarum longiores de-
scriptiones sciens volensq; omisi, ordinem indicasse
contentus, & plantas ipsas præpositis præceptis sta-
tim oculis subjici, ut non promptum, ita ad exercen-
dam & intelligendam artem hanc maximè necessarium
est, locum similem & effigies in Mathioli Commenta-
rijs in Dioscoridem, & Remberto Dodonæo, ordinis
collationem, aut longiorem orationem desiderantie-
bus, ut statim sciant, quo loco inveniant, subjunxi.
Atq; ut caveam Homeromastigas, non me præterit
non defuturos istos suis affectibus damnatos, sive ru-
ditatis sibi conscijs, ea sola, quæ sciunt, defendunt: seu
callida obtrectatione alienæ scientiæ famam sibi au-
patur, sive tanquam extra omnem ingenij aleam positi,

Nil rectum, nisi quod placuit sibi ducunt,

Et quia turpe putant, parere minoribus, et qua
Imberbes didicere, senes perdenda fateri

(ut canit Horatius) sive Tyrannorum modo arbitrium
suum instar omnis rationis esse volunt. Quorum obno-
xiūm profectò animum, & infelix ingenium, vel inde
deprehendere est, quod sine hac ratione, ob quā vitilitū
gabunt, ne ipsi quidem plantarum naturam unquam
plene, vel assecuti sunt, vel quoties res postulat, prom-
ptē

præ exercere, & quasi in aciem educere, & memoria re-
petere possunt. Et quicquid his rudimentis adjici po-
test (adjici autem posse plurima scio) hoc ipsum Tua
celsitudo præstat, quod ad se scribitur. Quare relictis
æstuationi suæ istis hominū turbis, consolabor merecti
conscientia, eoque constatiōs, quod major utilitatis, quam
famæ gratiâ mihi expetitur. Atq; ut eō, unde digressa
est oratio redeat, et si difficile est Celsitudini Tuae,
Mecænas optime, in summo penè fastigio rerum huius
incliti Regni positæ, agrestem hanc plantarum operam
approbare, tamen audaciam meam suo nomini (quod
plantæ quoq; sibi vendicant, ut Chironis, Herculis,
Achyllis, Mithridatis, Gentij, & cæterorum Heroum,
benigne gratiam æternâ cognominum famâ referen-
tes) imputabit, & in mea, gratum & memorem animum
ergâ optimè merentem de opt, artibus præstare conan-
tis, culpa, sibi ignoscet, mēq; ex his intelliget cultori-
bus, qui Dijs lacte, & mola tantum salsa litant, non ha-
bentes thura. V. C. T.

Tua Celsitudini

addictiſ.

Adamus Zaluziansky a Zalu-
zian, Med: D.

METHODI HERBA-

RIA E LIBER I. DE AETIOLO-
GIA PLANTARVM.

Quid sit herbaria Cap. I.

Herbaria nomine vulgo comprehenditur permista, & confusa quedam plantarum, ac medendi doctrina. Quare, nequid instituto deesse videatur, de utraq; ea arte separatim dicendum est. Medicinam enim Herbaria connectere, consuetudo cogit: separatim vero utramq; tradere Methodi lex exigit. Omnium enim artium doctrina ab usu suo disjungenda, & separanda est, & antequam secum componantur, ut quaq; prior est, singulæ et per se tractanda sunt. Ideoq; Herbaria peculiariis quedam Physicæ pars, ut priusquam cum alijs disciplinis componenda sit, ipsa constet, à Medicina distingvenda & disjungenda est. Tentavit idem ante apud Gracos Theophrastus, qui absoluta Plantarum Historia libro 10. profitetur se deinceps medicos effectus traditurum: & apud Latinos Plinius. Nam libro 19. cap. 12. de nascentibus in horto: Maximum quidem, inquit, opus in hortenibus naturæ restat, quoniam proventus tantum adhuc, summasq; quasdam narrauimus, vera autem cuiusq; naturæ ratio, non nisi medico effectu cognosci potest, opus ingens occul-

B. sumq;

umq; divinitatis, **Q**uo nullum reperiri possit manus. Ne singulis id rebus contexeremus justa fecit ratio, cùm ad alios medendi desideria pertincent.

Idemq; in reliquis plantis secutus est.

Herbaria itaq; est Physica Plantarum. Quod se quis usum actionem spectet, ut definitur, Medicina benè medendi facultas, Ita communi vocabulo, ex suo fine, definiatur Herbaria, virtus plantādi. Struetura nominis ex ijs spectanda est artium vocabulis, quibus Gracorum more scientia subintelligitur, ut plena sit oratio, Herbaria scientia. Vsurpatur **Q** à Plinio naturalis Historie lib. 7. cap. 56. Herbariam inquit, et Medicamentariam volunt repartam à Chironne Saturni **Q** Phyllira filio. Sensus autem Herbariae et si specialis est, **Q** ad partem duntaxat subiecta huic arti materiae pertinet; tame in promiscuo usu factus est ad omnium plantarum doctrinam significandam. Cui Synecdocha speciei pro genere occasionem dedit herbarum potentia, quas praecipue mirata est antiquitas, **Q** banc solam fuisse antiquam medicinam, autor est Plinius lib: 24. cap. 2. Neq; absurdum erit (mea quidem sententia) vocari Phyticen, latinē plantaturā, ut phyticum plantatorem, quomodo literaturam, agriculturam, indicaturam, **Q** id genus alia nominamus.

Distributio Herbariae, & quid sit plan-
ta, cap. II.

Instrumen-

Instrumenta Herbarie comparanda, sicut omnium artium, sunt præter naturam, ars, et exercitium.

Ars Herbaria est doctrina plantandi, cuius partes duas sunt: Aetiologya et Historia.

Aetiologya est prima pars Herbarie, quæ naturam communem omnibus plantis e suis causis interpretatur.

Planta itaq; est natura elementaris duntaxat (ut ita dixerim) naturata, qua pangitur, hoc est infigitur terra. Pangere enim est figere et immittere, unde pangi carmina sunt dicta, quod olim ceris figerentur, a quo fit paxillus, et contractum palus, exemptis duriusculis elementis, ut ab axilla ala. Hinc verbum palo, id est vigor, quod castris, quorum rudes dicuntur pali, subinde solum mutatur, et item planta, quasi palans, ut qua more palorum passim (ut diximus) figatur, derivata sunt. Eodem sensu stirps quasi ~~seggionis~~ appellata est; nostra gentirostlina, Wnrostlina, Weystrelle connascentiam, aut enascentiam Emersum translata sententia latinæ dixeris.

Quid planta sylvestris; quid item urbana cap. III.

Genera planta prima duo sunt, simplex et composita. differentia verò notior, quam ut indicare debeat.

*De planta simplici ante omnia in universum, et
B 2 qua*

qua ad cuncta ejus genera pertinent, tum ipsa genera communia dicemus.

In universum plantæ simplicis item causarum primarum rationem antè convenit dici, quam ad effectum opus transeamus, quarum estimatione planta est sylvestris, aut urbana.

Sylvestris est qua sola natura, & perse constat, ut pinaster.

Urbana, & placidior planta est qua agricultura, & hominis cura ingenioq; fit verius quam nascitur, metaphorâ ab hominis cultu sumta. Quanquam enim planta, ut omnis rerum natura, seipsum efficit, & tueritur, ut idem sit opus cause, & causa operis efficiens (ut suo loco clarissimus apparebit) tamen in cunctis his naturæ operibus, quæ connectenda aut disjungenda, & quovis modo disponenda sunt, (ut est satio, alimenti subministratio, putatio, & his similia) ars & cura hominis plus penè valet, quam ipsa natura, que cum affertur coli à nobis terra dicitur. Et verior fuit

Hipponis quam Theophrasti ab ipsa censura sua notandi, sententia, omnem scilicet plantam & sylvestrem & urbanam effici posse id est cultum adeptam, aut non adeptam. Nam in omnibus plantis, ut homogenea sociandi, ita heterogenea & aliena separandi, homini facultas est. Et hec qua natura sua sylvetria Theophrastus appellat, quæq; culturam pati, & mitigari posse negat, ut lupinum, laserpitum, abies, capparis

capparis, cum natura peritis in culto, id est naturalis,
et suo loco redduntur, humana ope juvantur.

Agricultura autem est ipsa, ut ita dicamus, ur-
bana planta factura, et administratio naturae. Vul-
go non omnium plantarum hic profectus in nominan-
do in Agricultura comprehenditur, sed earum dum-
taxat, quæ ex satione terra sint natæ ad fruendum.
Omnium tamen in universum cultus hoc nomine di-
ci potest, pari ubiq; naturæ gratiam referendi facul-
tate. Itaq; quicquid de Herbaria dicetur, cum ho-
minum opera accesserit, Agricultura erit.

Sunt autem hujus artis et cultura partes quædam
propria in villa, et ijs propter quæ adificatur, ut
sunt res, quibus planta colitur, quæ dividuntur in duo
genera; in homines et administracula hominum, sine qui-
bus rebus colere non possunt.

De usu plantæ, & de vindemia facienda, de
condenda, atq; permutanda planta ge-
neratim, cap. 4.

Et hæc de causis efficientibus planta, Effectum ip-
sum constat individuo, et specie. In hoc enim natu-
ra plantarum ratio omnis sita est, generari, ut sint
in præsens, et generare ut in perpetuum esse possint.

Individui planta partium consideranda est affe-
ctio et genera.

Affæctio est earum præsentium potestas ad uten-
dum,

dum, qua solo cultu ingenioq; bominum constat. Itaq;
inter oracula Agricultura primum est, summam om-
nium in hoc spectando esse, ut omnis opera ad copiam
utendi referatur, Et fructus is quam maxime pro-
betur, qui quam minimo impendio constatus esset,
utilissimeq; terram cultum iri, veteri proverbio, ma-
lis, id est vilissimis, bonis.

Facultas utendae plantæ continetur ejus comparati-
one, Et ipso usu.

Comparatio rursus constat legenda, Et tueda planta.
Collectio plantæ communiter vindemia nomine di-
ci potest. Etsi enim vindemiam haud dubie vini de-
mendi argumento appellamus; tamen ad aliorum fru-
ctuum quoq; perceptionem transfertur, ut mellatio, id
est, collectio mellis frequenter ab autoribus vindemia
Et vindeminatio vocatur. Nec improbè dicatur Her-
batio, sicut Herbarius, qui peritus plantarum eas colli-
git. Messis autem proprio nomine dicitur in ijs, qua
metimus, id est, media subsecamus, et manu sinistra su-
ma prehendimus, propter quod messem convenit di-
ctam. In primis autem curā impendere oportet ut sin-
gula ad usum, Et duratione quam maxime sibi constan-
tia, Et valentissima demetantur, ut pœonia senescenti-
te, Et sicca Luna, alysson canis ortu, pleraq; omnia cum
Sol rores abstulerit, paulò ante meridiem.

Tutela Et custodia plantæ cæsa est impendentis vi-
tij, causarumq; infestarum naturæ, depulsio. Cujus
partes

partes sunt conditio, eiq; contraria promtio.

Conditio est prima pars tutela, quā planta tegitur contra mala contraria, ut quam diutissimē incolumis servetur.

Conduntur igitur quadam nuda ē se ipsis contenita, quedam in vasis.

Nuda simpliciō conditioni convenientia loca sublimia ē sicca, quā perflantur vento ab exortu ē Septentrionum regione. His contrarius ē vitiosus locus est, ad quem Sol penetret, aut ulla aura humida Austris, vel ex propinquis locis adspiret, tam pulvis, fumus, aranea, muscarum excrementa, mures, ē cateria animalium noxia accedant.

Nuda ē aperta plantarum, servantur vel per se, utq; lecta sunt, vel arte adjuta contrā corruptionem impendentem, varioq; modo preparata. ē quasi præmunita, ut quidam ipsum triticum conspergant amurca, item alius aliud adfriat aut aspergit, ē alia complura mangonum adversus natura jus sunt machimenta, ut Aristoteles in 20. sect. tradit cucumeres propè puteum satos, in puteum demissos, toto anno virides haberi posse.

Et hac conditio simplex est, alia simul cum loco vasis constat. Vasa autem, in quibus lecta serventur, sunt fictilia, vitrea, lignea, utres, aut sacci co-triacei, quibus solidior est ad defensionem materia.

Sic rapa concocta in synape, vase servatur, rhabarbarenum

barum in milio, fructus in melle aut saccaro. Flos cichorij simul decerpitus sit, colorem naturalem, et cum eo simul vim suam deperdit, Itaq; è vestigio saccaro in vasa conditur. Item hujus generis alia.

Sequitur promptio, de cuius fine, tempore, & modo promendi animad-vertendum est.

Promuntur condita quedam propterea quod tuenda sint, ut que vitium facere incipiunt, ut noxia tollantur.

Et quoniam ^{diu novi} id est atas et duratio avulsa plante, alicujus brevior, alicujus longior invenitur, cum primis animad-vertendum est, quid quoq; tempore promi oporteat. Alia enim qua manere non possunt, antequam se commutent, ut celeriter promantur, ut nux juglans vetustate fit arilior, itaq; quanto citius promas, tanto jucundiore utare. Alia qua servari possunt, ut tum promantur cum maxime opus est.

Non nulla cum periculo promuntur, ut sub terra qui habent frumentum, inquit Varro, in ijs quos vocant ^{et apone} cum periculo introitum, recente apertione, ita ut quibusdam sit interclusa anima. Itaq; aliquanto post promere, quam aperueris, oportet.

Fta se habet comparatio plantæ, quam sequitur ipsa uerba, aut permutatio, in qua videndum ut tempori omnia promantur, & cum caritas est. Sed tamen publice prelio modum adhiberi interest vita. Qui locus in admirationem curæ prisorum, diligentiaq; animum

nimum agit, constituta adilitate, cui, prater cetera, hujus quoq; permutationis, G usus è plantis cura esset. Quam ob causam compluribus statuas statutas esse refert Plinius, (naturalis historia lib: 18. cap. 3.) Eademq; de causa Demetrium quendam à tota seplasia, Neronis principatu, accusatum apud Consulem (lib: 34.. cap. 13.) Quare precia plantarum, quanquam alia in alijs locis sunt, G ommissis penè annis mutantur, poni tamen necessarium erit, exemplo Homeri & Plinij, que vel plerunq; erant, vel sunt hac nostrâ memorâ in vicinijs, ut exprimatur rerum communicatio & autoritas.

Permutatio cùm aliarum rerum tûm vel maxime planta partium, singularis est aut varia.

Ad singularem Cato requirit, G inter prima spectari jubet in villa, ut propè sit oppidum validum, G navigiorum vel itinerum erectus.

Invaria ponendi sunt mercatores, G mancipes, G perditii illi (ut Galeni verbis utar) omnigenarum rerum coëmptores, Graci $\xi\omega\pi\alpha\pi\delta\lambda\alpha\epsilon$ vocant, annonam flagellantes, quorumq; arbitrio sapientia sua autoritate planta constant, G estimantur.

Partis consimilis plantæ definitio, & elementorum in camistio, & alteratio mu-

tua, cap. V.

C Et

Et hactenus sit partium Individui affectio , genera duo sunt , planta propriè dicta , et fatus . Sic enim Theophrastus distinguere jubet , negatq; planta partem esse florem , aut fructum , non minus quam animalis fatum .

Planta propriè dicta pars item duplex est , consimilis , & condissimilis .

Consimilis est planta pars sensus judicio minima , & individua , ut humor , vena , caro , nervus , &c. Graeca lingua ομοιμία , nomen imponitur , quod Theodorus Gaza latine vertit similare , haud aptâ significatione , qua propriè non ipsa sui similis pars , sed aliquid ad eam pertinens intelligitur , ut consulare , aut militare dicitur , quod consulis , aut militis proprium est .

Consimilis partis distingvenda sunt clementa , & genera .

Clementa sunt velut particulae consimilis partis , quæ sensus judicium effugiunt .

Quorum similiter primum affectus , tum species animadvertenda sunt .

Elementorum affectus est mistio , & alteratio sui mutua , & commensuratio quadam , comitibus qualitatibus secundis .

Movendi autem , & constituendi mistionem hanc elementarem , in eamq; agendi ratio duplex est , sed alijs nominibus ab alijs appellatur . Theophrastus

phrasitus volumine 6. de causis plantarum cap. 9.
internam & externam nominavit. Herberum, inquit,
initia sicut in animalium genere vel intrinsecum vel extrinsecum con-
trabuntur. Galenus in arte cap. 85. necessarij &
contingentis seu fortuiti nominibus utitur. Alteratur
corpus (air) à nonnullus necessario. Dico autem necessario quā nulla est
evitandi ratio. Nam aërem nos ambientem semper accingere, comedere,
réq; ac bibere & vigilare & dormire necessarium est, ensibus autem & exis-
tialibus ferū occurrere non necessarium.

Internus itaq; seu necessarius motus & actio mi-
stionis elementaris est, qua ab ipsa mistione existit,
eaq; vis aut vigor & habitus quidam sui ipsius mo-
vendi, & impellendi, potentia, & facultas natura-
lis dicitur.

Motus & actionis hujus internæ spectanda sunt
subjecta & genera.

Subjecta duo sunt, materia qua mutatur, & ip-
sa elementorum mistio in quam mutatur & tran-
sit, de quibus optimè Galeni verbis, è lib. 3. de Tem-
peramentis, dicemus.

Ac maximè quidem (inquit) propriè sola ea potestate esse dicimus in-
quibus natura ipsa suopre impetu ad absolutionem venit, utiq; si nibil èd
extrinsecus impedimento sit, praterea quacunq; eorum, qua fiunt, conve-
nientes sunt materia, nec resert continentes, an convenientes, an propri-
as dicas: quippe cum omnibus indicetur, quod propinquum est, quodq;
nec alia intercedente mutatione sic dicitur, verbi gratia: Cum sangu-
inem potestate carnem appellat, quoniam minimam mutationem ad car-
ni generationem requirat. At non qui in ventriculo habetur concutitus cic-
ibus, continens carnis materia est, sed prius fiat sanguis operet. Longi-
gius etiam absunt maza & panū: quippe qua ut caro fiant, tressi mu-
tationes requirunt. Ceterum bac queq; omnia potestate caro dicuntur
Etiam autem has ignis, aëris, aqua, terra.

C 2 Exquisi-

Ex quibus appetet, materiam mistionis clementorum & potentia naturalis eam esse, qua potest ad absolutionem, perfectionemque pervenire, quaeque hinc extrinsecus accidat, postea tamen fit ex ea, & in duo genera dividit, remotum & continens: ipsam vero mistionem, qua jam expressa est expletaque omnibus suis numeris & partibus.

Circa hac subjecta, motus interni, & facultatis naturalis certa quadam genera versantur, ut attractio, retentio, alteratio, & expulsio.

Attractio est facultas mistionis supra dictarum, quam materiam ad se trahit & sibi copulat, ut vivis brassicam & laurum olfacere, & attrahere dicuntur, tum recedere, & averti, inimicum odorem fugiens.

Retentione vero, & alteratione continetur ipsa absolutio & materiae transitus in mistionem elementarem. Sic ex intereuntibus rebus naturae identem sunt aliae, quod vulgo Philosophorum dicere in more est, ex genere privationis ad formam habitudinem.

Expulsio est post alterationem reliqui materiae, quod confici, & mutari non potuit, segregatio.

De potestate & natura coeli ad planetas, cap. VI.

Et de subjectis motus & actionis internae haec nus,

nus, proximum est ut de generibus dicatur, qua duo sunt naturale, & præter naturale.

Naturalis motus, & actio missionis est, qua moderatione, & temperatura elementorum, cuiusq; nature plantæ convenienti, constat. In ea, materia supra exposita propriè dicitur Alimentum, cuius species remota (quam diximus) per subiectas sibi rerum naturæ partes subiecta contemplationi est, primùmq; cœlestis cura subit, inde transibimus ad elementarem naturam. Confitendum est igitur cœlo maxime constare plantarum alimoniam, ut proverbium inde natum sit: Annum fructificare non tellurem. Quippe Anaxagora ad Lechinium scribente solem esse plantarum parentem, terram matrem, ac Virgilio vate jubente prædiscere ventos ante omnia, ac siderum mores. Itaq; si perpetuò unus tenor, & qualis cœli status esset, & suum cuiq; cœlum semper sufficeret, non absurdum fuerit usū venire, quod Empedocles inquit:

Perpetui folij. & raro fructibus anno

Vbertate vigent.

semperq; plantarum natura valentissima esset, & qualiter, constanterq; se haberet. Nunc verò una cum cœlo sapient variat. Quo circa non ab re discretis temporibus vindemias faciendas præcipiunt, ut alysson herbam Sirio tantum ardente, ad canum rabiotorum morsum, evellendam tradit Galenus: quo scilicet tempore, & anchusa radix sanguineo

manat succo, ♂ scorpiones capiuntur. Suis enim
queq; plantæ sideribus vigent, ideoq; sub ijs po-
tissimum vires exercent, ♂ aliquando sola externa
cœli vi, ut cum herbacea, ♂ annuo satu provenien-
tia statim e blandiente, ♂ evocante cœlo germinant:
aliquando è diverso permista cum plantæ essentia, ♂
hoc modo accessione ad vires naturales facta. Hac
cœli varietas ♂ inde plantarum robur observatur
principiè exortu, occasuq; stellarum, quas affixas mun-
do vocamus, quadripartita anni distinctione, hye-
me, vere, aestate, ♂ autumno.

Hyemis nomine intelligenda est tota ejus latitu-
do, ut cum hyberna germinatio traditur, qualis est
amygdali, ♂ ab ea proximè armeniaci, itē mandra-
goræ, finis hyemis intelligitur. Nihil enim stanti-
bus frigoribus germinat, sed demum abeuntibus.

Ver æquinoctium hybernum inchoat, quo plu-
rima aluntur, ♂ excitantur, flare incipiente ven-
to Favonio. Hic enim est genitalis anima mundi
à fovendo dicta, qua moventur è terra vivescen-
tia.

Finitum astatis est vergiliarum exortus matuti-
nus, quo tempore olea, ♂ vitis concipiunt, ♂ hoc
sidus illarum est.

Similiter quadam aluntur maxime canis ortu,
quadam arcturi, ut, præter cæteras, punica, ficus,
vitis.

De aliis

De alimento plantarum ex aëre, aquis, & terra cap. VII.

Brevi predicta cœli, & siderum ratione, nunc de alimento plantarum remoto, quod ducitur ex elementari natura, dicemus. In eo prima sunt ipsa elementa, de quibus singulis juxta & inter se compositis aliqua dicenda sunt.

E singulis aërem commodiorem agricultura praestare non potest, diligere potest, & magna cautio est, quod cœlum cuiq; plantæ miscendum sit.

Aqua verò diversi generis puris utiliores sunt, ut cùm permistarum altera dura admodum, & quasi incocta, crudaq; est, altera mollis, & placida, vel etiam cùm aliquem terrenum saporem alterutra sapit, ut turbulentis, stercorosissq; humoribus evenit. Ideò sapè tenuis puraq; crassa impuraq; & putealis mananti, conveniet.

*Terram secundam, prætereaq; solutam & levem esse convenit, quo facilius alimentum plantis subministret. Id assequitur aliâs per se, ut cùm hymene etiamnum lassa, edito partu, requiescit, similis respiranti, quando nihil est in opere naturæ, quod non aliquam remissionem, & exemplo dierum noctiumq; aliquas vices feriarum velit: aliâs subactione, & stercoratione. Nam illo quoq; modo telus solvitur, & fermentescit. Stercrationis autem tempus determinant Favonio flante, ac Luna siti-
ente,*

ente, *¶* decrecente, mense quem planta pro sua quæq; natura desiderent, mirumq; in modum au- geri ubertatem, effectusq; ejus, tali observatione.

Sunt *¶* quæ pulvere proficiunt, ut maxime u- ve, quas non nulli pubescentes pulverant, vitium arborumq; radicibus pulverem aspergentes, quod *¶* Virgilius admonuit cum diceret:

Solicitanda tamen tellus, pulvisq; movendus:
*Theophrastus autor est Megarenses *¶* peponibus*
sarculo pulverem excitare solitos, flantibus ventis
anniversarijs.

Sed vel maximè permista, *¶* composita invicem clementa plantas alunt, quod Aristoteles post Hippocratem *¶* Platonem lux doctrinarum altera lib.
2. de generatione animalium tradit his verbis:

ἀπαντά γαρ πλειοσι τρέφεται, οὐδὲ γαρ δύσα περ ἀν δόξειν μάλιστα μόνον φένι τρέφεται τῷ ὑδάτι τά φυτά, πλειοσι τρέφεται, μέμηκται γαρ τῷ ὑδάτι γὰρ διὸ οὐδὲ οἱ γεοργοί περῶνται μέχατες κόστρον ἄρδεν

Id est: cuncta pluribus nutriuntur. Etenim quæ videri possint maximè sola nutriti aqua planta, pluribus nutriuntur. Miseretur enim aqua terra, quapropter agricola admista spurcitie plantas irrigant. Et ideo quæ vivunt in aquis, ut lenticula, maximam partem, non nisi in stagnantibus, *¶* impuris nascuntur. Itaq; subactio terra, hoc quoq; nomine utilis est, quia laxatis spiramentis, aer humo miseretur, præbetq; vaporatum quendam humorem, *¶* alimoniam idoneam, ad hanc terra quasi insepen-

*se pendens si arida sit humectatur, si palustris ex-
siccatur, consecutis præsertim paulò mox moderan-
tis astibus.*

Plantarum alimentum de Metcoris
cap. VIII.

Elementis connexum est ex alijs rebus, in eis, ex ijs nascentibus, plantarum alimentum, in quibus præcipua Meteora sunt. Quippe primùm tonitrua plantis prorsunt, terrā hoc modo concussa, deinde flatus commodi locum compotem esse necesse est, tūm imbres cælo decidui præcipua sunt causa, cibis terrā nascentiā. Itaq; cum copiosius accesserint, omnes ferè melius habent. Præcipua verò commendatio est Aquilonijs frigidis imbris, qui plantas adstringendo roborant. Omnino nives utilissime sunt, si magna et diutina sedeant, quod liquorem præbent purum, levissimumq; siquidem nix aquarum cœlestium spuma est. Præterea sensim, non universim ingurgitant, inundantq; sed, quomodo sicutur, distillant, velut ex ubere alunt omnia. Huc accedit, quod animam evanescensem exhalatione, includunt, comprimunt, retroq; agunt in vires terræ, plantarum. Ex quo apparet, qui juſit agricolas hyemes serenas orare, eum contra plantas vota instituisse, hyberno pulvere latiora farra fieri, redundantis ingenij ubertate dictū esse.

D De

De succo plantarum, ejusq; vindemia; & duratione, cap. IX.

Mixta, gr.
nat Siliæ
wa. *Remoti nutrimenti ratio indicata est, sequitur*
proximum, seu continens, succus plantarum, hic e-
nim sanguis carum intelligi dehet, adeò necessarius,
Et proprius, ut ubiunq; planta sit, succum aliquem
eius intelligi necesse fit, ut ex trichomanis specie,
quam capillum Veneris vocant, quanquam tactu a-
rida, Et aspectu prorsus exusta est, cāq; de causā adi-
anthum appellatur, tamen ex libris ejus quaternis,
parum abest, quin tantundem exprimatur succi.

Suocus plantæ differt odore, sapore, consistentia.

Color succi alijs sanguineus est, ut agresti fusio-
moris, uvis nigris: alijs viridis: alijs niger.

Oleg. *Magna Et in odore differentia, ut nullus est fi-*
cis, citreis acerrimus: nec minor in sapore, acido,
dulci, aeri, amaro. Distat invicem Et consisten-
tia, nam alius tenuis, Et aquosus est, alius latus
Et spissior, cui oleo nomen imponunt, de quibus plura
sigillatim in Historia, sequenti volumine, dicentur.

Colligendi vero Et faciendi succi ratio duplex
est, gracis nominibus, discretior Opismus Et Chy-
lismus, quam latinis. Succatio enim, Et liqua-
tio, latinae voces, quibus uteatur, utriq; potius com-
munes, quam alterutrius propria videri possint.

Succatio est detractio, Et collectio succi, per in-
cisuram emissi, que privata nomina, Et sua, in quo
que

que genere succi aliquando sortitur, ut lactis succatio dicitur lacteis succi detrac^{tio}.

Succus autem alias in vasa colligitur, si copiose manet, ut lactaria, alias lana excipitur ut lactuca, alias premitur, quo pertinet torcularium. hujus generis alia instrumenta.

Liquatio vero est succi separatio, qui urendo, aut terendo, aqua infusa, e plantis exprimitur, atq; ita si illamentum accipitur. Etenim minus haec succi, idque succi aridi habent.

Ratio servandi succi item duplex est: liquor, corpus.

Liquor conditur optimè in cella, cuius latus, aut certè fenestras obverti in Aquilonem oportet, vel usq; in exortum aequinoctialem: sterquilinia, omniamq; odoris evitandi procul abesse, facilissimo in succos transitu, longissimaq; collecti, reconditi annui mora est. In vitium delabentis argumentum est color rufescens, odor sapor alienus, aut cum perturbatur aut mucescit, in acetum vertitur, sepeq; subtus nubes, aut pilii concreti, veluti filatrabi videntur, neq; unguis instillatus statim defluit. Reconditur autem crudus, aut decoctus.

Crudus ante omnia subsidet, deinde ex vasis alijs in alia tam diu transfunditur, donec defecatus transflueat, qua ratione conditur succus malorum, mororum, & his similis.

D 2 Qui

*Qui coquitur primum igne lento perferuet,
mox colatur, & penitus expurgatur, ut quam maxime
pura sinceritas constet, exinde superinfuso o-
leo paucō reconditur. Hoc modo servatur succus
oxalidis, buglossi, intybi.*

*Corpus vero succo datur naturā, aut arte, cu-
raq̄ hominum. Naturā, cūm callosus, & latus,
& pinguis, postquam profiliat, per se concrescit &
densatur, frigore aëris coactus, aut calore siccatus.*

*Arte comparatur succo corpus, segregata nonne
nihil parte aquosa. Itaq̄ in totum validiores vires
ex siccitate redduntur, aquoso succi humore exacto,
ut liquorum succorum quosdam insolant, aut len-
to igne exiccant, antequam condantur, ut succum
aloës, glycirrhizæ, absinthij; Aristoteles l. de mist:
aff: autor est, Vinum apud Arcadas in utres indi-
tum adeò concrescere, ut rasum bibant.*

*Succo cohæret lacryma natura, est autem excre-
mentum succi, ut inter autores convenit, expultrice
facultatum naturalium exactum, neq; enim à se ip-
sa mota erumpit. Lacryma simili modo alia per-
manet liquida, ut vitis lacryma ex vulnera, alia so-
lidescit, ut myrrha.*

Duo utriusq; genera, gummi, & resina.

*Gummi est lacryma aquosior, & precipue qua-
mowj. concreta densatur.*

*Tutela collecti est, ut servetur loco sicco, &
odore*

odore tetro vacuo, duratq; satis diu incolume.
Postea verò quām mutari cōperit, primum pallidum
ferè fit, mox subrufum, ad extremūm plane luteo
colore.

Resina est lacryma plantæ pinguior, qua manans ^{prosternens}
ex arbore, ibidem residet, unde ^{ce.} nomen sfortita est,
ut liquida ex terebintho, larice: sicca è lentisco,
quam propriè masticem vocant.

Pix est resina arborum igne extracta, ^{ce.} liqua, Smala,
ta, ^{ce.} uelut combusta.

Et de alimento plantarum satis sit dictum.

De corpore plantæ, ejusq; qualitatibus
cap. X.

Sequitur natura ipsius missionis elementaris, de
eius qualitatibus secundis pauca privatim animad-
vertenda sunt.

Color plantæ corporis, ut ab oculorum sensu potissi-
mum ordiamur, viridis penè proprius est, quia a-
quā, terrā permista, nascuntur. Aqua enim ferd
viridis videtur. Quod si diutius steterit, ^{ce.} sordi-
um terrestrium aliquid contraxerit, ut jam putri-
da sit, nullo ferè alio, quām viridi colore specta-
tur. Qua de re in suggredijs, ex stillicidio, mu-
scosa quadam fit viriditas. Terra verò propriè
nigrescit, itaq; corpus viride, in quo jam desinit a-
qua humor, ferè nigricat ex virore. Qua cùm ita

D 3 sint

sint, si planta natura constat potissimum ex aqua,
Et terra, recte consimili origini sue colore vi-
fitur.

Habent Et in odoribus praeципuam gratiam plan-
tae, neq; alios in supplicationibus, Et sacris suis
gentes norunt, quibus reddemus Aristotelis testi-
monium, qui de sensu Et sensibili ^{in toto} (inquit)
φυομένοις, τὸ τῶν χυμῶν μάλιστα γίνεται γένος. Terrā enim
omnium rerum natura sapidissima est, propter mu-
tationes, Et affectiones sui varias, cui quia planta
proxima Et coniunctissima sunt, fit ut Et ipsa omni
genere saporum ex cellant, ut acredine pyretrum, sal-
sedine crithnum, dulcedine glycirrhiza, pingue-
dine symphyti radix, amaritudine centaurium mi-
nus aciditate acetosa, Et acetosella, acerbitate Et
austeritate fructus agrestes, Et alij immaturi.

Consistentia missioneis elementaris propria est
dura, Et solida, in eaq; omnis plantae vis, Et robur
consistit. Itaq; optima rerum parens assidue,
iam inde usq; ab initio, que semel protulit, dura-
re, Et exicare, Et hoc modo perficere, atq; absolvere
nititur.

De generibus temperamenti plantæ cap. XI.

Distinguenda et genera temperamenti, quando a-
liud

lind est evaporation. id est bene temperatum, aliud non item.

In exactè temperato genere, alimentum, ipsam plantam quam maxime inter se convenire oportet, ut pulegij temperamento exacto, estimatione aliarum rerum, sicissimo, siocissima tempora conveniunt, ut solstitium pariter bruma, quibus parturit, valentissimum ac firmissimum est. Eadem de causa sabuletis latius nascitur, in pingui degenerat, marcescit.

In temperamento inequali, quo elementa non exactè, neq; ex aquo miscentur, partes invicem tam contrarie jungendæ sunt, quantus est temperamenti excessus, primum omnium ipsa inter se alimenta, qua ratione terram emendari terrâ quidam præcipiunt, super tenuem pingui injectâ, aut graci li, bibulaq;, super humidam, ac præpinguem. Simili modo cœli excessus ventis temperari potest, si hyeme calidi, estate frigidi veniant. Deinde planta nutrimentum contrarium miscabitur, ut felicius nascentur in tenuiore terrâ, quæ non multo indigent succo, ut cythibus, cicer. Capa quoq; quia nimis humida, viscida est, tenuē solū diligit, in eoq; optima, quin sine solo reposita germinat, cum in uliginoso marcescat, si seratur arida commodius exit, plus proficit, ut sectione 20. meminit Aristoteles, item melones propter naturalem humorē

morem locis sabulosis melius degunt, Et id genus alia. Atq; hæc erit subiectorum motus Et actionis interna naturalis, ratio, nunc ad eius etatem, Et genera transibimus.

De ætate plantarum, & efficiendi sui varietate, cap. XII.

Actas est supra dicti motus, Et actionis interna naturalis, affectio, neq; aliud, quam tempus, Et quasi decursus quidam, in alijs celerior, in alijs tardior, ut in universum urbana planta quam sylvestris celerius perficitur, Et interit, sicut animalia domestica ad vivendum infirmiora sunt.

Actatis genera corporis duritie, de qua paulo ante diximus, decernuntur. Nam in lucem edita planta, in singula momenta magnitudine proficit, Et simul siccior, simul valentior redditur, quæ adolecentia dicitur, donec summum robur (Grati vocant) attigerit. Tum definit augeri, naturam nimirum propter siccitatem non amplius in incrementi opere obediente. Interjecto deinde tempore, corpore supra modum siccidente, Et exhausto, mades, Et gracilis quædam, unaq; virium imbecillitas consequitur, quod in stirpibus dicitur. Hoc est earum senium, Et corruptio naturæ naturalis.

Hæc actatis genera suis queq; prædicta sunt propriatibus. Qua de causa recte præcepit Dioscorides:

35

des: Si cui in animo est plantaturum peritiam assequi, eum oportere prima generatione solo emergentes, adultas, & senescentes contemplari. Nam si pullulanti herbae duntaxat adstiterit, adultam cognoscere non posse, neq; si adultam tantum inspexerit, nuper erumpentem nosciturum. Cui contrarius est error, etatum imperitia, quo factum est, ut quibusdam in natura Plantarum multa sint ignorata, & falso memoria prodita, ut verbi causa, graminis, quinquefolij, & tuſilaginis caulis, flos, & fructus.

Genera motus & actionis interna naturalis, circa subjecta predicta consistentia, prima duo sunt, effetto mistionis elementaris temperata, & nutritio.

Effectio totidem species, productio mistionis, & auctio.

Productio est qua primum clementa inter se miscentur, & temperantur, & hoc modo pars consimilis efformatur & effingitur.

Sunt & productioni mistionis elementaris sua in plantis genera, generatio & germinatio.

Generatio est totius mistionis, & per eam planta productio. Ideo Theophrasto prima generatio vocatur, de causis lib. I. cap. 13.

Germinatio est productio duntaxat partis aliquipuis plantae, que extoto progresso, & ad totum adnascitur, & velut adgeneratur. Que ratio facit, ut quemadmodum planta progenerata in terra, sic ger-

E mina

mina in ipsa plāta confstant. Ejus pars quedam est
conceptus, quo aggregatur humor ad germinandum,
(quod à Græco ἡγεμόνη turgere appellant.) Concipiunt
autē varijs diebus anni, et pro sui quaq; sideris motu,
alia protinus ut animalia, tardius aliqua, & diutius
velut prægnantia partus gerunt, antequam enitātur,
quod germinatio idè vocatur. Et quedam, ut pri-
mum capere, continuant germinationem, quedam in-
termittunt, ut abies, & larix, et robur, intermittunt
tripartito, ac terna germina edunt.

Productioni connexa est auctionis, & incremen-
ti ratio, id est effectus justæ magnitudinis, & duri-
tiei, de qua diximus, ac velut educatio & perfectio
eorum, quæ producta, & procreata sunt.

Sequitur ex divisione motus & facultatis interna
ne naturalis, nutritio. Est autem alterum eius ge-
nus, qua quod de effecto opere assiduâ elementorum
secum discordia, & velut bello concursum defuit, & den-
redit, (fluorem substantia continuum vocant) subin-
de resarcitur, & restauratur.

De morbis internis plantæ, generatim cap. XIII.

Abunde motus, & actione interna naturali
tractata, ne quid desit, indicanda est & præternatu-
ralis ratio, magnoperè pertinens ad omnem hanc
nature partem. Quid enim genitum caret eo malo.
Sunt itaq; & plantæ interna sua vitia & morbi,
filent

*filente natura, nulloq; sentiēte, nisi cūm facti sunt,
intemperies, id est clementorū excessus mutuus
propriè appellata.*

*Venēnū est motus, ḡ actionis internæ prater na-
turalis materia, et pars morbi possibilis, de quā supra
generatim diximus, quod attractū, et inactū deductū,
quā permutandum effet, se ipso commutat, ḡ alterat
clementorū mīstionem, à veniendo id est intrō pene-
trando dictum. Itaq; Gajus Iureconsultus hanc im-
probè eo nomine dixit omne contineri, quod adhibi-
tum naturam ejus, cui adhibitum est, mutat.*

*Venenum per subjectas sibi naturæ partes dif-
ferri potest, quemadmodū, alimentū . Nulla enim
naturæ rerum pars semper, ḡ ex omni parte, plan-
tis est innoxia. Ergo eas aliās cœlum lēdit, aliās
aēr, aqua, solum infesta sunt, sapiūs venti, affla-
tu aduerso, itemq; imbræ, ḡ quacunq; in sublimi
vi siderum fiunt, nocent.*

De efficiente plantarum causa externa, cap. XIII.

*Et hactenus motus, ḡ actio mīstionis clementa-
ris interna tractata est, sequitur externa ḡ fortu-
ita, que penitus extra naturam eius, quod movet,
ḡ impellit, consistit, ḡ circa solam quantitatem
ḡ magnitudinem occupatur, ut cūm corrigitur vi-
nis ridica, demitur luxuria putatione, multaq;
E 2 alia.*

alia. In morbis \mathfrak{O} constitutione praternaturale ex hoc genere externo sunt illa, quæ tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteræq; similia intelliguntur, quæ cùm acciderint, vis major appellatur. Hæc autem violenta, ab horridis sideribus exent, ut alibi ostenditur, veluti Arcturo, Orione, Hadis. Eodem pertinent \mathfrak{O} animalium noxia, plantas eridentia, ut formicæ, talpæ, cochlear. Sed præcipua plantarum pestes sunt eruca, dirum animal. Nascitur hæc causa externa, \mathfrak{O} fortuita tempore humido, lento. Fit \mathfrak{O} aliud ex eodem malo, si sol acrior infestus, innabit ipsum vatum, ideoq; mutavit. Similis accidit vis plantis, cùm securi præciduntur. Et culpa colentium quedam vulnera, plagiæ inferuntur, cùm perstringuntur, aut cùm subinator imprudens luxavit radices, corpusq; desquamavit, vel etiam circumfossor iniurioso ictu ligonis verberavit. Est \mathfrak{O} quedam contusio falcis hebetoris.

Aliquando miscentur motus, \mathfrak{O} constitutio præternaturalis interna, \mathfrak{O} externa, ut cùm resoluta continuitate debilitatæ plantæ, difficilius tolerantæ stus, aut frigora, aliosq; excessus, \mathfrak{O} in hunc penetrat omnis à foris injuria. Neq; ab re quidam existimant, maximam partem morborum ictibus injuriosis contrahi, quippe quæ siderata vocant, quæq; radice inarescunt, ex eadem causa laborantibus.

De cle-

De elementis sigillatim, cap. XLI.

Affectus \mathfrak{O} mistio elementorum dicta est, restat ut de singulis exponamus. Quatuor eorum genera, calor, frigus, humor \mathfrak{O} siccitas, \mathfrak{O} per ea totidem motus \mathfrak{O} actionis mistionis elementaris internae. Quodam enim, quae de ea generatim paulò ante diximus, in his generibus, sigillatim animadvertisenda sunt.

In calore igitur de motu \mathfrak{O} actione interna naturali, primum temperamento exacto contrarius est error, et vitiū terræ subactio, ut quæ multum paret suc- ci, multumq; qualitatis dulcis, eaq; re omnia acria, et amara ut centaurium, absinthium, \mathfrak{O} in summa me- dicamina, ab eiusmodi cultu, ut potè naturæ suæ cōtra- rio, penitus abhorrent. Deinde temperamentum in- aquale calidum in alimento, temperandum, \mathfrak{O} e- mendandum est hunc in modum: Vbi sicca \mathfrak{O} graves aëstates, terraq; cretosa, aut gracilis, utilius hyeme movetur solum: hybernus enim cultus crassare, \mathfrak{O} humefacere potest. Seriūs quoq; paulò ante sati- onis tempus, ac minus altè movendum est, ut in Syria aratri pustulis uti casus docuisse dicitur, cùm aliquādo contingere, ut altè subacta terra, solis intrusu, adeò percaluerit, ut propè ureretur. Lapis quoq; si latus atq; perpetuus sit noxa est, si rotundus, minū- tusq; subiiciatur, refrigerat, \mathfrak{O} aquam transmittit, locumq; pervium præstat. Qua de causa solum te- nue prorsus nullum etapidandum existimant. Lapi-

des enim hyeme tepefaciūt, aestate refrigerāt. Itaq;
Syracusano agro advena cultor, elapidato luto, per-
didit sole fruges, & regerere lapides coactus est.

in temperies verò & constitutio interna prater
naturalis calida, nominatisima est sideratio, id est
exustio, que tota cœlo constat, propriumq; ejus vene-
num est sub ortu canis siccitatum vapor, cùm novel-
la, ac surculi propter imbecillitatem, præcipueq; fici,
& olea moriuntur.

Frigeris verò in actione interna naturali excessus,
& algor & siccitas, in alimentis temperatur maxi-
mè fimo: huic enim tepefaciendi & alendi natura est.
Quo fit, ut maximè solum frigidum stercorandū sit.
Est autem aliis alio acrior. Acerrimus humanus, &
quorundam sententia optimus, proximè spurcites su-
um laudatur, ab hac caprarū, deinde ovium, tūm bo-
uum, novissima jumentorum est. In corpore verò ipso
algor emendatur cùm alimentis calidioribus, tūm ijs
qua eventu, & fortuna quadam calefaciunt, ut frigo-
ribus externis plāta plurimū roboratur, et è diverso,
si blādiatur calor, defatiscit, & refrigeratur. Algor
enim externus constipando, & densando, calorem in-
ternū plantarū evanescētem exhalatione includit,
& continet. Quocirca Aquilone maxime gaudent
planta, densiores ab afflatu ejus, latioresq; et firmio-
res. Et hyemē Aquiloniā esse, omnibus plātis utilis-
simum est. Ex eadem causa, aquæ frigida melius
alunt

alunt calidis, mediterranea maritimis (sunt enim plerumq; frigidiora) montosa planis. Et ubiq; omnium plantarum pars in septentrionem spectans, spissior, pulcrior, \mathfrak{G} insuma, melior gignitur. Quā obrem \mathfrak{G} inter eā, quae nostri montes dant, meliora nascuntur ad Aquilonem, quam ad meridiem, \mathfrak{G} ob hoc medicinis utiliora, magisq; expetita. Eadem ratione imbres nocturni diurnis, hyberni astruis, A. quilonij austrinis, praferuntur.

Ita est frigidum temperamentum plantatarum, intemperies verò vulgatissima duplex est: rubigo, \mathfrak{G} tabes.

Rubigo est intemperies plantarum frigida, quaest. fit rore lunā congelato. Alio nomine vocatur uredo, \mathfrak{G} in vitibus carbunculus. Etsi enim pleriq; dixerē, rorem inustum sole acri, rubiginis causam esse, tamen id ex parte falsum est, totaq; lunā, sole innoxio, constat, quae silens plenāve, id est prævalens, infinitum quantum cadentes pruinias congelet. Tractus excelsi perflatiq; rubiginem nullam, aut quām minimam sentiunt, vento diffusso rore: è diverso concavi, \mathfrak{G} quiescentes maximam \mathfrak{G} frequenter tissimam.

Tabes bifariam invadere dicitur, aliquando frigore, cùm annus frigidus est, aliquando gelu, si diu duravit, utroq; modo post brumam diebus maximè 40.

Tem-

Temperamentum humidum plantarum maximè
alimentis, solo sicco emendandum est, omninoq;
solum pingue succipenis, crassisq; plantis incom-
modum est, quâ de causa eo offendit, agrescere cre-
duntur.

De generibus partis consimilis cap. X V.

Quoniam satis multa verba fecimus de elemen-
tis, veniamus nunc ad genera partis consimilis, quæ
sunt caro, nervus, vena, lanugo.

Caro omnibus dimensionibus constat, omnibusq;
plantis inest, aliquibus sola, ut fungis, fico totū
corpus è carne est, inveniturq; alijs parcior, alijs lar-
gior, sicut animalium quibusdam.

Dico. Carnis genera duo sunt mollis, ut præcipue her-
barum, aut dura, eaq; nominatim lignum, quæ
materies dicitur, κατ' ξεχινόν synecdoche generis pro
specie, quod ex eo plurima fiant, unde faber mate-
riarius id est lignarius: aut lapis, quale est coral-
ium, lithospermi semen, cuiusmodi Theophra-
stus Plinius meminerunt junci, thymi, oleæ,
lauri lapidosæ, similis virescenti, itemq; aliarum
arborum in aqua viridium, exemptarumq; sole pro-
tinus in salem arescentium.

Aliquando caro mollior durescit, transit in
lignum, ut palma, raphanorum radices, quicquid
lignescit

lignescit: aut in lapidem, ut coralium sub aquis molle, ejectum in lapidem transfiguratur.

Aliquarum plantarum, ut maxima partis, in carnibus vena, pulpaq; insunt, in longum porrecta. Discrimen earum facilē: vena latior crassiorq; et candidior, et ramosa, et uvida: pulpa, seu nervus, praelongus, sed insociabilis, et siccus. Ideo fit, ut ab altero capite trabis quamlibet praelonga, ad alterum admota aure vel graphij ictus sentiatur, rectis meatus penetrante sono, indeq; deprehenditur sit ne torta materies, nodisq; concisa, an recta.

Fissio est affectus venarum, ac nervorum, in lignis potissimum, quoties latera a se mutua separatio ne abscedunt. Itaq; eò magis fissilis planta est, quo plures venas, et nervos, prasertim rectos, habet.

Quibusdam sunt et tubera, sicut in animalium carne glandia. In ijs nec vena, nec pulpa quodam callo carnis in se convoluto.

Et de carne haec tenus, lanugo propriè est in planta tenera pilatio, ad lana similitudinem, et mirum ipsa alicubi, ut in urticis, buglosso, et similibus tanta noxia, pustulaq; protinus adusto similes existunt.

De medulla, eiq; circumdata carne, & cortice, cap. XVI.

Et serè peracta omnis consimilis partis natura,
E transcat

transfatoratio ad cōdissimilem. Ea est planta pars
sui dissimilis, id est ex pluribus consimilibus compo-
sita: cuius figurae communes differentiae sunt, lœvis
Spungens, atq; aculeata, quam spinam appellant.
Quæ coluntur maximam partem laves inveniun-
tur, atq; adeò quæ spinosarum generis sunt, cultus
mitescunt, ut asparagus, ♂ pirus. Inde factum est,
Plutarcho in nuptialibus instit. autore, ut in Boeo-
tia sponsas asparago coronarent, ostendere volentes,
ex maxime incommoda velut spina, cultu nuptiali,
mitem factam, vitaq; aptam. Sunt autem aculei,
♂ spine, alia connata, ejusdemq; cùm subjecto cor-
pore substantia, ut in asparago, ♂ spino: alia ad-
nata: eaq; vel recta, ut in carduis quibusdam: vel
adunca, ut in lactucis, rosa, rubo.

Genera verò condissimilis partis summa, ♂ pri-
ma duo sunt, essentialis pars, ♂ folium.

Essentialis, quæ ad plantæ essentiam pertinet, ob
id Dialectici integrantem appellant, novo quidem
nomine, sed tamen nostris temporibus vulgo usitato:
cujus divisio rursum in duo genera diducitur, pri-
mam partem essentialem, ♂ membrum.

Prima est quæ proximè fit ex pluribus consimi-
libus partibus, ♂ ex qua rursum fit, ♂ componitur
membrum.

Estq; duplex, viscus ♂ cortex.

Viscus est pars condissimilis essentialis prima,
qua

qua regitur cortice. Sic enim latinâ lingua in animalibus, quicquid tegitur cute, viscus dicitur, unde eviscerare, hoc est, cute nudare, quod ē ad plantas commode transferri potest. Plinius cortici subjectum corpus appellat.

Estq; medulla, aut medullæ circumfusa caro.

Medulla est viscus, quo tanquam alvo planta ^{serzen} alimentum attrahit, ē sursum subvehit, unde per ^{prostrio} deē. nervos, ac venas, velut semitas in omnes sui partes derivetur. Nomen à situ medio traxit. Dicitur ē matrix, quod nomen fovendo fatui, cùm quo nihil rationis est medulla, quam vitali facultati melius convenit. Alij vocant cerebrum, inde quòd cerebrum in animalibus medullæ proportionem quan- dam habet. Aptior est cordis appellatio. Neq; ta- men medulla omnium vita necessaria est, ut pote qua exempta, vix ulla planta moriatur.

Distat primò magnitudine, siquidem alijs est exigua, alijs copiosor: tūm generibus partis consimilis. Nam quibusdam carnosa est ut ferula, sam- buco, viti: quibusdam lignosa, ut pino, ē hāc du- rior, ē spissior corno, ebeno: quibusdam nervosa, ē membranacea, ut arundini, ē ferula. Differt ē situ. Nam alijs cùm circumfuso viscere con- funditur, ac indistincta, incertaq; apparet, ut in iride, nymphæa, gentiana, centaurio majori, cyclami- no, aristolochia rotunda, ē multis similibus, itemq;

F 2 in pal-

in palma, ♂ ebano: atq; adeò sunt qui viscus his solum carne constare putant, medullam inesse negant: alias discernitur, manifestisq; appetet, ut in maxima plantarum parte.

Viscus medulla circumfusum optimum materia plantaria, nomine destituitur, quanquam alii qui carnem vocant. In eo extrema pars est adeps, qui vocatur à colore alburnum, pessimum visceris, etiam in arbore facile putrescens, teredini obnoxium, ideoq; semper amputandum.

Zucca. Hac est plantarum visceris natura, sequitur cortex, qui circumdatur visceri, coq; à frigoribus potissimum defenditur. Quibusdam plantarum, ut maxima parti, ad vitam plane necessarius est, ejusq; in orbem detractio letalis, alijs non item: itaq; rumpitur sponte, ♂ cadit ut unedoni, arbuto, viti.

Cortex est simplex, aut multiplex.

Simplex distat primum figura, est enim vel tenuis ut tilia, lauro: vel crassus ut robori: vel nitidus, ♂ levis, ut malo, fico: vel scaber, ut robori, ♂ palme: vel striatus: vel teres, ut majori parti; vel angulosus, ut cypero. Distat ♂ generibus consimilariibus, siquidem aliis est carnosus, ut suberis, ♂ populi: aliis membranaceus, seu nervosus, ♂ macilentus, ut harundinis, tritici, ♂ vitis: aliis libris similis, ut cerasi.

Ediverso quosdam truncos, plantasq; cortice, ♂ tunicis

Et tunicis multiplicibus à frigoribus tutata est na-
tura, ut abietem, tiliam, vites.

Situ cortex extremus est partium, ut animalium
corpoce cutis, **E**t à subjecto viscere separabilis.

Quod si cùm germinatione conferatur, omnis plan-
ta cùm germinat, squamas corticum spargit, **E**t a-
deò quæ ter turgent, ternavé germina edunt, ter
squamosa fūnt. **M**aximèq; facilis est extricatu in-
cipiente germinatione. **I**n causa est humor, qui
tum sub eo cortice fieri solet. Itaq; materiem, qua
decorticanda est, ut teretem ad edificia, cateraq; u-
sus rotundi, cadi tempestivum, cùm germinant, po-
stea cortice inextricabili, **E**t carie subnascente ei,
materiaq; nigrescente, **E**t deformi.

De radice cap. XVII.

Ab his super est transire ad membra naturam,
id est planta partem essentialē, ex prima compo-
tam, **E**t quasi coagmentatam.

Duo eius genera radix, **E**t membrum externum:
de quo Aristoteles lib. 2. Acro: cap: 8. Si longius
(inquit) progrediare, comperies cuncta certo fine con-
stitui, **E**t ordinari, radicem deorsum fugendi ali-
menti, frondes sursum fructus operiendi gratia.

Radix igitur est membrum, **E**t instrumentum apte ratione
collocanda plantæ. Collocatio autem omnis refertur ad
attractionem, **E**t preparationem alimenti. Ideq;

Aristoteles lib. 2. de partibus tradit, platas à tellare accipere τὸν τροφῶν κατεργασμένην, in radice vero perfice τὴν τάξιν ὥσπερ τῇ κοιλᾳ τὸν γαῶρ. Radix igitur sustinendo reliquo corpore, cum cibum fibrarum osculis accipit, pro ore est, cum acceptum recondit ad interiora, retinetq; & conficit, pro ventre. Inde fit, ut radicis, & reliquorum membrorum firmitas, ac robur consequatur.

Collocationis plata, atq; ut ita dicamus, radicationis, primum partes, deinde genera considerada sunt.

Partes sunt radix ipsa, & locus, cui infixa est, & inheret.

Radicis succens insuavior est quam aliorum membrorum, quidam etiam penitus insuavis, ut fici radix prorsus amara est, absuntā in fructū dulcedine. Succationis radicis tempus est cum folia emergunt, eoque tempore colligitur succus Cyrenaicus, glycirizae, & similes. Et radix omnium priusquam membrum externum augescit. Carcinatio autem propriè est radicis incrementum per hyemem, frigoribus obstipatis, prastrictisq; superioribus partibus, unde vires & alimentum retro agitur in radicem, regressusq; fit in morem cancri, propter quod carcinatorem appellant. Sic hyemis saevitiae consumpta seges nova illius radicatur, & raphani, folia si attondantur, excrescit majorem in modum, aut etiam lignescit radix.

Magna

Magna & structura radicum differentia. Nā omnibus parva è grandioribus exent, tametsi non omnibus eodem modo congesta, frequentesqz, quo fit ut radix alia sit levior, alia velut nodosa, villosaqz, ut olea. Ficus quoqz & abies, multaqz sylvestrium, minutis capillamentis nodosa sunt, e quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, & alia vasa necunt. Quod exinde evenit, quia breves, ac tenues illas permultas, atqz promiscuas mittunt.

Hoc modò digesta & dirisa radix est singularis, aut multiplex.

Singularis, que unica simplexqz in ima descendit, ex qua à lateribus alia complures proveniunt, ut olorum majoris partis, abjetis, laricis, fici: singulis enim innituntur, minimis in latera disperisis.

Singularium quoqz radicum alia prægrandis, altereqz defixa demittitur, ceu amygdala, et aliquando propagines magnas sugerens, ut in apio, beta, aliquando minores: alia parva ipsa, propagines grandiores, contortioresqz, fundit, ut olea.

Radix numerosa est, que protinus multiplex, & fissa exit, ut tritici, hordei, mali, roboris platani.

Locus autē, in quo defixa est plāta, sūt ipsa alimenta, in eodemqz loco assidue inharet. Ob id pars hac ejus natura maxime propria habenda, & urbana inter prima agriculturā providenda est.

De

Natura plantæ per sitūs genera,
cap. XVIII.

Ab his sequitur, ut ad genera collocationis plantæ sermonem transferamus. Dividitur ergo planta per situs locis in duo genera, spontaneum & innitens. Aristoteles de plantis: Τινά δι έαυτῶν μηκόρη εἰσείσθαι, τινά δέ επ τῇ γῇ.

Spontanea hoc loco ($\tau\alpha\delta\iota\epsilon\alphaυτῶν$) sunt quæpendent in aëre, sine subjecto, paulatimq; adolescunt, Aristotelis sententiā, destituta scilicet matris nutricatu largiore, ut aloë ē laquearibus suspensa, multos annos tām viret, quām qua maximē.

Innitens planta est, cui aliquid subjicitur, quaq; sedem certam habet, ubi vivat.

Magna ejus collocādæ differentia, neq; omnia in omnibus locis nasci, aut nata excellere possunt. Nam primum planta consimilem natura sua locum requirit. At multiplex, & inter se dissimilis plantarum natura est. Itaq; & loca, sedesq; diversas habeat necesse est. Quod si planta omnes idem solum amarent, tamen magna & hujus diversitas invenitur, quo fit, ut eadem planta, alicubi prorsus non nascatur, alibi peculiari aliqua dote nascatur, ut arum à plantatoribus memoriae proditum est Cyrenis adeō mite, ut gratum cibis sit, è diverso apud nos & alibi acerrimum nascitur, ut edi nequeat: glycirrhiza Cretica principatum obtinet, cuminum Aethiopicum,

um: chamaleontis nigri radicem venenatam esse tradit Galenus, quod de nato in Gracia, & Ponto intelligendum est. Nam in Germania, & apud nos innoxium invenitur, atc ubi & acetarijs usitatum. His de causis planta situs varij sunt, & primum singulis locis, deinde & totis regionibus.

Singulis locis iterum, primum plata alia est inseparabilis, alia viviradix. Aristoteles de plantis dicit, alias transferri nolle, quasdam fieri transpositione meliores.

Inseparabilis planta est que non nisi ubi capitur, id est, uno loco semper vivit, ut conyza translata vel in nitidiora celerius senescit, itemque matricaria tenuifolia, botrys, & alia: pinus quoque transpositione perit.

Inseparabilis planta est, vulgaris, aut hortensis.

Vulgaris qua passim, & promiscuis locis nascitur, cuius singuli positus pariter & coniuncti spectandi sunt.

Singuli situs sunt alterutrius elementi, aut utriusque.

Alterutrius, planta est aquatica, aut terrestris.

Aquatica, qua sedem habet in udo, differtque humoris partibus juxta & generibus.

Partium humoris alia summa tenet, ut lens paulistris, & malabathrum à Gracis proditum: alia una, quam vel totam integrit humor, semperque mergitur

G

gitur, ut coralium, Galgarum genera: vel extat extrâ aquâ, ac patefit, aliquando parum, et solo cacumine: aliquando toto penè corpore, ut radicis, aut caudicis aliqd in aqua sit, reliqua pars tota extra patescat.

Ex humoris generibus planta aquatica est iterum duplex, pelagica, aut alias.

Pelagica seu marina, que in mari, aquis salosis degit, cuius mira est natura, ut rubrum mare, totus orientis oceanus dicitur refertus esse sylvis, lauro maxime, Oliva ferente baccas, cùm pluat fungos, qui sole mutantur in pumicem.

Planta aquatica extrâ mare, dulcium aquarium incola, est rursus fluvialis, aut palustris

Fluviautilus, qua fluentibus, exercitis cursu aquis gaudet, ut fluvio, sive amne, torrente, quale est sium, populus, alnus.

Palustris qua stagnantem, pigrum humorem amat, ut lacus, paludes, ac piscinas, qualis est juncus, papyrus, reliqui frutices aquatici.

Situs aquatica dictus est, restat rerrestris, qua terrâ nascitur, aquas fastidit, ut aquas oderunt cupressus, castanea, juglans.

Radix autem tota cobaret terra, veraq; est definitio, radicem esse quicquid terrâ occultatur, cui contraria est avulso: aliquando prostratae restituuntur reviviscunt, ut platani propter densitatem ramorum, quibus amputatis, oncre levata, sponte in sua scrobe reponuntur.

Neg.

3

Neq; omnes eodem modo coherent, aliarum ~~et~~ quidem radices in profundum aguntur: idq; vel recto meatu, ut cryngij, roboris, ~~E~~ si Virgilio credimus & sculus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit: vel flexuoso: aliarum summo cespite coherent, ut cupressi, mali, punica, olea, quod non modo loci ratione evenit, si recto tramite progrederentur, nequeant, sed etiam ipsius naturae proprium est, ut in olea liquet.

Terrestris planta duobus modis dicitur, proprio, aut mixto.

Proprio, que nullo alio vocabulo, neq; cognomine adjecto, appellatur. ~~E~~ q; alia campestris, alia montana, alia inter utramq; naturam.

Campestris, que in plano, ~~E~~ patentibus camporum aquoribus gignitur, ut frumentum, legumen.

Montana, que frigus, aut ventos, ac montes, ~~E~~ valles diligit, ut cedrus, ~~E~~ catera resinifera.

Comunes, ~~E~~ inter utramq; naturas sunt, primum que subeunt ~~E~~ in montosa, ut genista, ulmus, malus: cuius generis pauca admodum sunt, ~~E~~ in montibus minora, aspectuq; deformiora, sed meliora materie, ~~E~~ viribus, ~~E~~ ideo cateris sui generis preferenda, eripioraq;, exceptis malis, pirusq; nascentur, de quo qua Hippocrates præcipit, ex ipso optimè discemus. Adnitere, scribit ad Cratevam, quantum potes, ut nobis montanas maxime, ~~E~~ in altis

G 2 collibus

collibus nascentes herbas subseces, ut pote firmiores, & acriores ijs, quæ aquosa tenent, quod in montibus terra sit densior, & aer tenuior.

Secundo loco ex campestrium pariter & montanarum natura sunt, quæ descendunt etiam in plana, ubi latiora quidem, aspectus pulchriora, & radicibus longioribus, brachijs contrà adductis, surgunt, sed minus fortia, minusq; ad usum idonea. Munitientia enim natura in planis largiorem alimoniam suppeditat, & resarcit, quod in montibus detrahit loci iniquitas.

Hæc est propriè dicta terrestris planta, sequitur quæ mixta ex aliqua re terrâ gignitur, ut est pulvis, argilla, creta, rubrica, arena, sabulum, glareola, lapis, rudus & maceria, carbunculus, id est terra, quæ sole ita perfervet, ut radices satorum comburant. Itaq; cùm est adjuncta ex his generibus aliqua res, tūm dicetur planta terrestris argillosa, aut cretosa, aut glareosa, aut quæ alia.

Et hactenus sunt, quæ alterutram orbis natura partem obtinent, restant ex aquaticarum & terrestrium situ quasi composita, quæ simili modo ampliora quidem in aquis, sed valentiora in secco proveniunt, idq; multis modis. Quadam enim omnino vitam agunt ancipitem, & promiscue aquâ, terrâq; nascentur, ut salix, alnus, pirus: quadam haud dubie terrestres, nonnusquam in aquis visuntur, ut in

*in mari scylla, albucus, palma: quadam ita sunt ter-
rarum alumnae, ut aquas accolant, ut qua littora de-
fiderant, fluminum socia amanitate: quibus conge-
neres sunt in puteis, aut ad parietes, ac rupes ma-
nantes, nata, ubi aquarum halitu, vel aspergi-
ne, vel appulsu concreantur, qualis est lichen, &
trichomanes: quadam in resiccatis nascuntur, ut tus-
silago.*

*Quin coniuncti quoq; , & quasi connexi inter se
bi situs vulgares inveniuntur, ut montes magni, qua-
les sunt Parnassus, Cyllene, Olympus, & apud nos
Hercinia sylva, omnigenis plantis referti sunt, pro-
pter varietatem locorum. Habent enim stagnatia, ma-
denta, sicca, cōcava, sublimia, terrestria, saxeia, trā-
quilla, ventis exposita, mediocria, omnia penē telluris
discrimina, ut permulta & varia gignere possint.*

De Hortensi planta, & viviradice cap. XIX.

*Vulgari & paſsim nascenti planta proxima est
facienda hortorum cura. Est itaq; hortus,
planta locus selectior, et circum septus, solo cultu con-
ſtant. Gracis dicitur κῆπος tanquam κάτωε, quod est
τὸ πνευμα, ut revera κῆπος fit ὁ πειρωέμενος, καὶ οὐκέτι
τόπος Plin: natur. hist. lib. 19. cap. 14. tradit in
duodecim tabulis legum Rōmanarum nūsq;nam no-
minari villam, semper in significatione ea hortum,*

G 3 Est

Est autem Θ suapte natura memorandus, Θ quoniam antè ad vitæ utilitatem, nihil priùs fuit horto primorum parentum, de quo Moises memorat. Gentes maximè mirata sunt Hesperidum hortos, id est primū illum, ac Regum Adonis Θ Alcynoi, Θ Ulyssis, Homero præcone. Sumtuosissimi fuere pensiles, sive illos Semiramis, sive Assyria Rex Cyrus fecit. Romani quidem primū Reges ipsi coluerunt, ut superbus Tarquinius nuntium illum sa- vum, atq; cruentum, filio remisit ex horto, deinde Θ alij principes viri Hinc nominantur horti Sal- lustiani, Θ ipsi regibus ad excolendum expediti, Θ Luculliani magnificentia celebres, atq; adeò crescen- te luxuria, immodicus cultus hortorum fuit, quod acriter, ut omnia, insectatur Horat: lib: 2. ode 15.

Iam pancia erare jugera rogia
Moles relinquens &c.

Horti Seneciani ad domini necem impulisse pu- tantur Neronem. Antonij verò Castoris horti me- minit Plin: lib: 24. cap. 2. cui summam auctori- tatem fuisse in arte medica suo avo scribit, fibiq; exceptis admodum paucis, contigisse reliquas plantas contemplari, visendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat. Hac sint dicta de planta inseparabili.

Viviradix est planta è singulis locis dispositis, Θ collocatis, cum sua terra sublata, ut alibi sit, id est plurium locorū, ut sisymbrium frequentes trans- muta-

*mutationes desiderat, aliâs degenerat in mentam,
amygdalus quoq; transplantatione promovetur, &
item hujus generis alia.*

Differentia plantæ exoticæ, & communis cap. XX.

*Quemadmodum singulis locis differat collocatio
planta, dictum est hactenus, ex his deinde locis con-
stant regiones, ita planta fit exotica, aut communis.*

*Exotica sive externa, & peregrina est, qua ali-
quâ tantum regione orbis terrarum, id est maximè
fervida, ad exortum, meridiemq; nascitur, sic fit,
ut semper cateris regionibus sit externa, ut malus
Assyria, quam alij vocant medicam, quanquam à
gentibus expetita, propter remedij præstantiam, ta-
men nisi apud Medos, & in Perside nasci noluit.*

*Exoticæ planta, sicut omnium ejusmodi merci-
um, precium maximè variat, & singulis penè mer-
catibus mutatur, ut quisq; mercatus sit, & navi-
gationes, atq; itinera constiterint, aut prævalens
aliquis manoeps annonam flagellârit.*

*Neq; necessarium est exoticæ planta situs per sua
subjecta dividi, ut potè Geographia propria, qua du-
as partes orbis veteris ponit, Asiam, fluminibus T'a-
nai, & Nilo terminatam, & quod ultrà, versus oc-
casum est.*

*Asiaticæ planta præcipue sunt India, cuius u-
nam*

nam è peculiaribus celebravit Virgilius ebum, item Syria, India, Media, Arabia, odorifera ilius, ac divitis, Et beata cognomine inclytæ: quippe thus, myrrha, cassia, cinnamomum, Et reliqua odorata maximam partem inde petuntur.

Vltra Tanaim Et Nilum ad occasum partes orbis cum due sint, Europa Et Africa, in Europa, præsertim quæ vergit ad Septentrionem, nihil peculiare Et effatu dignum ferè nascitur: at ex Africa euphorium, ammoniacum, Et id genus alia ad nos afferuntur. Itaq; jure laudabitur in litore Aegyptij maris Alexandria, à Magno Alexandro condita, in Africa parte, quo pleraq; exotica Asia, per Indicū, et Arabicum mare, Et inde Venetias, aliòq; deportantur, Romano imperio communicato orbe terrarum, omnibusq; etiam procul disstis, commercio, rerumq; societate, in promiscuo usu factis.

De externarum plantarum, Et quæ in alienas non commendant terras, collocatione hæc: communes sunt, quæ toto orbe terrarum nascuntur, quæ præcipue frigus adamant, ut vires habent Et ad septentrionem perveniendi, ut febrifuga, absinthium, pinus, abies, Et similes.

Sunt Et exotica viviradices, quæ non nunquam sunt communes, Et ferunt peregrinari, exoraturq; ut transmigrant, Et à solo impetratur, ut alienas alat, advenasq; nutriat, ut avellana, quas antea abellinas

patrio

patrio nomine vocabant, in Asiam, Europamq; è Ponto venere, igitur Ponticae nuces vocantur. Viviradices autem transituras longius omnes scri arctissime, transferriq; fictilibus in vasis, dato per cavernas radicibus spiramento, hoc in loco meminisse convenit.

De stipite, & ramis, cap. XXI.

Plantis è duplice fine, sustinendi sui ipsarū, et perficiendi, atq; absolvendi succi, totidem membra largitam esse naturam, nullum dubium est. Ergo collocatione exposita, dicatur succi perfectio, igitur quasi manus extrema: cuius proprium est membrum externum, quod extra terram est, igitur è radice exit. Ejus externalium, igitur fortuitarum causarum peculiaris est cultura rastrum, igitur falx. Sunt enim quedam que rastros, igitur falces desiderant, igitur in terradi gaudent, atq; tondentur.

Et quedam primò mitia sunt, postea horridula spinulas gerunt, ut in herbaceo genere lactuca, inter frutices rubus, igitur paliurus.

Surculus vero est externi membra pars individua, igitur simplex, (diminuta voce suri, surum autem palum dixerunt prisci) quale pricipue annotinum germen apparet.

Membrum plantæ externum est solus stipes, aut conjuncto ramo.

Solo stipite constat juncus, & hujus generis a-
pien / *lia. Est autem stipes membrum externum, radice*
flavp. proximum, quo terra stipatur. Fit enim à stipo, ut
facile appareat, nihil esse aliud, quam fustum in ter-
ra defixum. Idem significat virgultum, omnesq;
stipitem habent, qua virgam aliquam à radice e-
spalat, dunt. Truncus est stipes truncatus, ut veteres lig-
parer, natores, amputatis ramis, relictum à se truncum di-
cebant: & Poëta cadaver avulso capite truncum
appellavit.

Dissident & ipso stipite planta. Sunt enim qua-
dam breves, quedam proceræ.

Quæ brevitatem crassitudinem pascunt, tales fi-
unt et culturâ, si rara serantur, & si rami relinquâ-
tur. Ediverso in longitudinem potissimum excre-
scunt & augmentur, abies, palma, cypressus, et si qua
unistirpia & simpliciora, neq; radicibus, nec ramis
frequentibus patentia.

Planta proceræ est rectistipes, aut amplexistipes.

Rectistipes quæ erecta consistit, sine ullo pedame-
tō, artus suos in se sustinens, ut frumenta, abies,
& similia.

Xylo. Amplexistipes est, quæ super alijs provenit,
et si non habeat adminiculum, in terram spargitur,
ut legumina, lappa, edera.

Xuclly. Amplexistipiti plantæ accedit capreolus, id est,
Bryoi. appendix quedam, & velut cincinnus, quo cœu ma-
nucan-

nu captat fulturas, \mathfrak{G} adminicula, quibus subrigatur. Alio nomine clavicula, græcis ~~est~~ vocatur.

Et de stipite satis sit dictum, ramus sequitur, id ~~est~~ ^{Wetew /} membrum extérnum in quod stipes diducitur, \mathfrak{G} breviter stipitis divisio, ut succus hoc modo distractus commodius cœli vim accipere, \mathfrak{G} longius inhaerens metiūs confici, oportunaq; mensura distribui in frondes, flores, \mathfrak{G} fructus possit. Eadem brachia dicimus, animalium proportione, sicut medullam, pediculum, \mathfrak{G} cætera similia

Constitutio stipitis præter naturalis, è peculiaribus una est cradatio, id est, rami marcor, \mathfrak{G} intemperies frigida \mathfrak{G} sicca, quæ ficos potissimum infestat. Crados enim quidam ramos fculneos appellant, unde \mathfrak{G} morbo nomen datur.

Rami (ut omnium) primùm partes, tūm genera dicenda sunt.

Nodus est rami pars, quâ incipit, \mathfrak{G} crassior qua ^{vsel/} si callus in planta, ubi colliguntur rami. Τheophrastus ὃς ὁ ὄρθρος ἐν ταῖς ἀλλασ, ὅτις ὁ ἐφεξλιμος ἐν ἀμπέλῳ, οὐδὲ ἐν καλάμῳ γονὺ.

Sunt \mathfrak{G} nodorum quidam cæci, qui non germinant, quod natura fit, si non evaluere: aut pœna, cum deputatos cicatrix hebetavit.

Alia plantæ differentia, à nodorum frequētia datur, enodis, \mathfrak{G} nodosæ.

Enodis intelligitur, quæ nodos paucos natura

H 2 ordine

ordine habet, qualis est sambucus, laurus, ficus \mathfrak{G}
ad sumimum omnia, quibus cortex levius est, quaeque
concavo, \mathfrak{G} laxo corpore surgunt. Urbana quoque,
 \mathfrak{G} condensa, palustres, \mathfrak{G} campestres paucioribus
coherent nodis.

Nodosa planta est qua multis constat nodis, ut
principue sylvestris, montana, longis intervallis in-
vicem distantes, sicco \mathfrak{G} spiso corpore prædictæ.

Reliquæ rami partes, qua nodantur, \mathfrak{G} alligantur
planta, sine nomine relinquentur.

Nunc dicantur \mathfrak{G} genera ramorum. Nam qui-
dam stipiti velut adharent, \mathfrak{G} ex eo excunt, unde
plantæ singulares \mathfrak{G} unistirpes, Plinio individua
ramosa, vocantur: Ijq; alij sunt inconditi: idq; vel
surrectâ divisurâ, \mathfrak{G} in cœlum tendentes, ut ro-
boris: vel in latera proni, ut aliarum multarum:
alij ordine certo constant, ut abietis, \mathfrak{G} piceæ. Qui-
dam è diverso ipse stipes divisus sunt. Plinius eas
plantas individuas nec ramosas vocat, ut est sambu-
cus: quarum nonnullæ bifurcæ, atq; etiam in quinas
partes diffusa reperiuntur.

Omnis hæc ramorum distributio est prima, me-
dia, aut cacumen,

Primi rami in quos planta continuo post caudi-
cem spargitur grandissimi sunt. Theodorus Gaza
tradidit Gracis $\alpha\kappa\rho\mu\sigma\omega\varsigma$ appellari: impropriâ signi-
ficatione. Non enim $\alpha\kappa\rho\mu\sigma\omega\varsigma$ mervori. Latinâ lingua
nullum

nullum nomen proprium inventur, sed ramos tam
bas partes, quam germina annicula vocant.

In ramis vero exprimitis his derivatis est \mathfrak{G} cacu-
mē, id est pars plantarum summa. Cujus propria est
decacuminatio, cūm detracta coma, decisōq; cacumi-
ne, planta tota interit, quam palma tantum, \mathfrak{G} a-
bietino generi assignant.

Ad membra naturam pertinet \mathfrak{G} stolo, id est elevitatis
inutilis, \mathfrak{G} quasi stolida è membris, \mathfrak{G} præcipue ra-
dice fruticatio.

rā wītew
od Potene
pneb od
Emene.

De Singulorum foliorum natura, & po- situ, cap. XXII.

Peracta parte condissimili essentiali, de fo-
lio dicemus. Est igitur folium planta pars
condissimilis, quā pars essentialis tegitur ornatus pa-
riter, \mathfrak{G} astus arcendi gratiā. Adjuvat
Aristotelis autoritas, qui 2. Animalium 10. τὸ φύλα-
λον τὸ περικαρπίον σκέτασμα esse dixit. Sit itaq; folium,
cūm fructus, tūm vel maximē corporis planta con-
tingens, \mathfrak{G} mutabile contrā astus tegumentum,
cujus singularis primūm tūm coniuncti rationem di-
cemus.

Folia singula quedam sunt simplicia, quedam
duplicia.

Siplicis folij cōsimiles partes, alicubi solidæ sunt,
alicubi pertusæ ut in planta quam rosellā Aethiopicā

H 3 vocant;

vocant: aut quasi pertusa, ut in hyperico: item aliis plantis caro sunt, ut sempervivo, polio, brassica, beta, cupresso, malo: alno copioſima: alijs nervus, ut gramini, ♂ harundini.

Similis et conditſimilarum varietas, ſuntq; pri-
mūm alia lăvia, alia aculeata: idq; perpetuō, aut
aliquantō poſtea quām ſunt nata. Perpetuō aculea-
torum quibusdam ſpīna pro folio eſt, ut junipero: qui-
busdam spinosa cutis, ut rubo: aliqua pungunt ex-
tremitate, ut pinus, picea, cedrus, aquifolium, ilex.
E diuerso cūm atate exasperantur ſoncho, ♂ cate-
ris, urtica quoq; mordacitus non protinus cūm iſſa
berba gignitur, nec niſi ſolibus roborata.

In conditſimilibus partibus folij peculiaris eſt,
protensa quadam, ♂ extans, quam in plantaginis
ſpecie coſtam, ♂ nervum vocamus. Quippe ut ad-
movendum animali, ita ad quietem, conſiſtentiamq;
folij hi nervi à natura dati ſunt. Præterea cuncta
quasi duabus partibus conſtare videtur, medianq;
hanc velut carinam habere, unde extremis ♂ mea-
tus amplius porrigatur.

His itaq; partibus conſtantis corporis folij, quan-
titas ♂ figura varia invenitur. Nam quadam for-
mā planā ſunt, quadam gibba ♂ tereti.

Plana ut beta, ♂ brassica. Ea parte infe-
riori à terra, herbido virent colore, ♂ leviora ſunt,
♂ madida, ſemperq; lanuginem quantulamcunq;
habent,

habent, qua in alijs gentium lana est, ut in Oriente
funes validi è palme folijs fiunt, in humore utiliores,
præterea parte prona subter incisuras habent, ut ma-
nus humana, in superiore contrà nervos, collumq;
articulos, quos supra diximus. Margines ve-
rò seu latera planifolijs, alijs sunt recta & continua,
ut hyssopo: alijs insecta ut ulmo, robori, nucia vel-
lanæ: alijs multifida, & quasi serrata, ut phylliti-
di: & picea pectinum modo: viti quoq; aliquatenus
fissa: edera angulosa: fico laciniata, & ut ita dixe-
rim cruciformia: robori, & ilici toto corpore summa
& ima parte, & extremo ambitu sinuosa. Inveni-
untur & variae species in planifolijs, ut mucronata,
& in pyramidis modum myrtho, punica, ma-
lo: longior arundini, salici: diducta & lata fico, pla-
tano, viti: circinnata & orbiculata umbilico Vene-
ris: penè orbiculata cyclamino, chelidonio minori,
asaro. Quedam figuram hanc etate mutant,
ut populi alba, nigraq;, in juventa circinnata rotun-
ditatis sunt, vetustiora in angulos exēunt: è contra-
rio edera angulosa rotundantur.

Restant gibba & teretia folia, ut semper vivi, &
alio modo, quam beta aut brassica carnosum est, ut
cujus caro non in longitudinem distendatur, sed in ro-
tunditatem crassetur.

Sunt & duplicita quibusdam folia, ut hypoglos-
so, palma, & in ipso pomo mali, quodam in genere,
parva

parva medijs emicant folia, interim \mathfrak{G} gemina.

Foliorū autem generatio et proventus ita se habet. Ex seminis essentia et pulpa, transmutatione naturali, illicet bina folia promuntur contigua radici. Id herbam, \mathfrak{G} in herba esse, dicitur lingua latīna, ut raves tibi messis in herba, dixit, \mathfrak{G} Plini: lib: 18. cap. 2. frumenta hyeme in herba esse, verno tempore fastigari in stipulam tradit.

Essentia coniuncta est positus \mathfrak{G} nexus folij ratio. Positus magna quoq; est differētia. Nam quādā quē experunt situm obtinent, quādā versantur statim temporibus. Illa vel surriguntur, ut folia lauri: vel devexa pendent, ut abietis: vel quieta, \mathfrak{G} constantia permanent: vel tremula sunt, ut populi, \mathfrak{G} ejusdem folius inter se crepitantia. His quod accidit in primis mirum videri possit. Circumaguntur enim post solstitium, nec alio argūmento certius intelligitur sydus confectum. Ejusmodi sunt folia ulmi, tiliae, oleæ, populi albæ, \mathfrak{G} salicis.

Nexus restat, Folium enim coharet essentiali plāte parti, cui contrarium est folij deflurium. In eo videndum, quomodo, et unde folia depēdeant. Quomodo, id est, perse ne, an pediculo, eoq; brevi, ut folia oleæ, teelicis? an ne longo, ut vitis? Unde? hoc est, Scopel, Spicula. ex quibus membris. Nam plurimis quidem ex germe pendent: quibusdam ab radice circa ramos: alijs ex germe, \mathfrak{G} cacumine ramorum: robori \mathfrak{G} ex opso caudice.

De

De coniunctione foliorum cap. XXXIII.

Plura folia inter se collata sunt in eadem planta uniformia, aut diversa.

V uniformia arborum omnium, & maxima partis herbarum: diversam vero formam habent folia scar- biosae, quorum imae et suprema adeo differunt, ut diver- sarum plantarum esse videantur. Neque in serpentaria, querula minore, ricino, staphysagria, agrimonia om- nibus eadem est facies.

In nexus vero coniunctorum foliorum defluvium efficit differentiam plantae per difolia, perpetuifolia, et mediae cuiusdam naturae.

Perdifolia est, cuius omnia simul folia decidunt, ut aliquando prorsus nuda, & sine folijs appareat. Ob- servatum est autem non arescere, nisi tenuia, lata, & mollia. Id accidit propter succi tenuitatem, qui folia lata praestat: et propter meatus corporis angustos, qui- bus, frigore prasertim facile constrictis, aditus succo precluditur. Cadunt plurimis autumno: quadam tardius amittunt, atq; in hyemem moras prorogant, ut amygdali novella sedissima etiam hyeme frondes pertinacissime subverusq; retinent. Regio autem so- lumq; madidum ad perdurandum plurimum confer- re videtur. Nam quae in fccis, atq; in totu tenuibus locis nascentur, prius folia dimittunt, et vetusta pri- usquam nova. Nec interest maturius germinasse, ut cum quadam prime germinent, & inter novis-

flamas nudentur, ut eadem amygdali, fraxini, sambuci: morus autem novissime germinat, & cum primis folia dimitit. Multis etiam cadunt antequam fructus maturescat, ut piro sylvestri, & serotina fico. Decidunt & sorbo universa, ceteris paulatim.

Planta perpetuifolia est, cuius folia nova subnascentur, arescentibus veteribus, unde fit, ut semperrena coma vireat. Neq; enim his, quae semper retinent comas, folia perdurant, sed vetera duntaxat novis permanentur, qualis est palma, cypressus, & similes. Inter herbas quoq; multis aeterna folia, imprimisq; heliotropio. Quod autem semper renascantur, in causa est succi copia et lento, ut qui difficile cedat aeris injuria: qualis est visco vel autumnali frigore, ut Poët. & verbis utar, latissimo: accidente præsertim corporis raritate, & amplis meatibus. Vetera autem decidunt maxime circa solstitium astrorum, ut Timæus mathematicus existimat, Plinio autore, sole scorponem transiente, sideris vi quodam veneno aeris: que tamen causa aduersus nova minus polleat.

Mediae naturæ, & inter utrumq; genus sunt adrachne, & unedo in arboribus: reliqua enim folia decidunt his praterquam in cacuminibus: In herbaro quoq; genere nonnulla inferiora folia deperdunt, cacuminibus comas semper retinentes, ut apium.

Iamq; & compositarum ex perdifolijs, & perpetuifolijs, reddamus naturam, qua licet suaptæ

apte natura semper virere nequeant, tamen ob loca, cœlumq; ambiens folia nunquam amittunt, ut circa Memphis Aegypti, & in Elephantine Iherbaidis, nulli arbori decedere tradunt, ne vitibus quidem. In Creta platanum, sub quo Iovem cum Europa decoubuisse fabulantur, nova semper fronde viruisse prodit Theophrastus.

Folia inter se composita excant quoq; aut singulis pediculis singula, ijsq; sparvis, vel ordinatis: aut uno eodemq; pediculo plura, ut malis piri sq;. Et de planta ipsa complura dicta sunt: nunc ad ejus factum transire tempestivum videtur.

De sexu plantarum, cap. XXXIII.

Fœtus est naturæ plantaria pars, quam planta ex se producit. Distat igitur à germine. Illud enim è planta exsicit, ut pars è toto, hic autem ut totum ex toto. Estq; singulus plantis simplex, et uniformis, aut multiplex & varius. In simplici principio de fœtatione, postea de ipso opere & effectu dicetur.

Fœtificatio continetur item sexu & generibus.

Sexus est fœtationis pars, à Graco exq;, vel &is, appellatione deducta. Estq; duplex masculinus et femininus, quorum alter agendi, alter patiendi quidem majores, uterq; tamem utrasq; partes obtinet. Plantas autem imò potius omnia, qua terra gig-

nuntur, utrumq; sexum habere diligentissimi natura tradiderunt. Quarum aliis confusus, alijs divisi inest.

Quædam enim singula, & per se aliud generandi facultatem habent permisit maris & feminæ principijs, idq; optimo natura consilio. Cum enim generatio proficiatur ab agente in patientem, natura operi suo plantarum, cui motum negasset, actionis hujus & passionis primordia proportionalia conjunctim indidit, ut in se fatent, et concipient. Quod et in animali quibusdam ut Erythinis, & hominum ardogynis cōspicitur. Hoc modo maxima plantarū pars gignit.

In aliorum genere non nisi bina simul generant, quæ dividuntur in marem & faminam, ut nulla manifestius quam palma, neq; enim sine mare gignunt farniae, & si sit excisus vidua postea sterilescunt, quas erectis hispidus comis, afflatu, visuq; ipso, & pulvere etiam maritat, circa se nutantes. In se præmas blædioribus comis. Adjuvat hunc veneris intellectum ars, ingeniumq; hominis, coitu ex cogitato, ex maribus flore, ac lanugine, interim verò tantum pulvere feminis insperso.

igitur mas est ejusdem generis planta, cui sexus masculinus est, quæq; gignit in alia. Aliquando similitudine quâdam qualitatum, quæ in animalium maribus inveniuntur, eâ significatione intelligitur planta species densior, atq; siccior, aut tortuosior, et noda-

*nodosior propter materiam crassiorem & spissiorem,
atq; ut semel dicam, robustior, & calidior, ut apud
nos in nemore Regis Brundusiano nulla ferè nisi tor-
tuosa materies nascitur, sic spinachiam, & canna-
bim marem appellant, quæ sterilis est, persica quorum
carnes ossibus harent, cydonia quæ oblonga sunt.*

*Famina est ejusdem speciei planta, quæ in se gene-
rat, quanquam interim metaphorâ suprà dicta, specie
plante rectiore, & enode in eo vocabulo accepta.*

*Tempus quoq; id est, affectio quadam fætationis
platis diversum natura tributū est, et alijs celerius,
alijs tardius, ut vites properant in fætu, statimq; in
germinatione eniti incipiunt, sed nature scunt tardè.
Quædam è contrario scrotino germinatu florent, ma-
turatq; celeriter, sicut morus, quæ novissima urbana-
rum germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta ar-
borum sapietissima, sed postquam capit adeò univer-
sa germinatio erumpit, ut vel una nocte peragat, eti-
am cùm strepitu.*

*Nunc fætandi & gignendi genera dicantur; con-
ceptus, partus, & educatio.*

*Conceptus & partus peculiaris constituto præ-
ter naturam externa est ab imbris; & roribus
nimis, quibus fatus propter exilitatem depereunt,
ut olea, vitiq;, si, cùm defloruerint, protinus sequan-
tur imbræ, in totum poma decidunt. Piri vero, &
amygdali etiam si omnino nubilum fiat, austrinumq;*

celam flatusve. Punica quoq; simili de causa amittit fatus. Quocirca ejus ramos inflectunt, ne surrectis humorem infestum excipient, atq; contineant.

Educatio. Maturatio fatus aliis est facilior: aliis difficilior, ut salix oxyssimè semen amittit, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda. Quadam ex toto immatura, incommutabilia permanent, ut cucurbita.

Florum natura, & differentiæ, cap. XXV..

Et quoniam diximus de facultate gignendi, cōteximus fatus ipsius naturam, in hunc locum dilatam in proxima divisione. Ejus alimentum est idem quod plantæ, in primisq; imbribus aluntur. Ergo temperstivæ plantis aquæ, fatus primum antecedetibus imbribus, deinde cum educant genita, nec protinus, sed jam valido fatu. Quæ fructus suos diutius continet, longioresq; desiderant cubos, his scrotina aqua utilles, ut punica, olea, viti. Ut autem alia alio tempore fructificant maturat, ita pluvias has genus quodq; plantarum diverso modo desiderat: quò fit ut iisdem imbribus quadam lœdi videas, quedam juvari.

Fatus alimentum proximum est portio planta succoci supervacanea, ut in animaliū genere semen. Quapropter quomagis succo abundat, eò facundiores sunt. Sed quæ immodicum succum gerunt, ut poma arbuti, quæq; terrena, acerba solida natura sunt, ut glans, pirum.

pirum sylvestre, & sorbum, serò perficiuntur, et quædā omnino arboribus demùm decerpta. Nam si proprio & insito calore maturardum est, frigus desiderant, & ideo moras trahunt, ut vitis, fin extero, non potest calor intrò penetrare propter humoris assidue influentis, & spirituum copiam. Hac de causa quædam scalpuntur & oleo illinuntur, quod omnibus platis inimicum esse constat, quibus adhunc modum tractatis, humoris & spiritus non nihil effluit.

Fatus perfectus, et in actum deductus duabus constat partibus flore, & fructu.

Flos est inchoata pars fatus, in cuius rudimentis fructus perficitur. Itaq; planta pariunt cùm florent, flosq; ille ruptis constat utriculis. Flos gaudium platarū, & versicolor nuntium, promissioq; annuorum fructus natalium recursuum. Aetas ejus brevissima est. Natura enim, cùm cateris secula, annosq; tribuisse, flores in diem gignit, magna, ut palā est, admonitione hominum vicissitudinis, cùm spectatissime florentibus, brevissima mora fit.

Floris pars consimilis peculiariter observanda est: & in ea color, odor, sapor. Coloribus in certamen usq; luxuriant flores, unde & nomen Graci fecer. Quid enim difficile sit rerum natura pingere, lascivienti præsertim, & in tanto gaudio fertilitatis, tam varie ludenti. Ergo flos aliis est unicolor: isq; vel candidus, ut arboribus (quippè cùm punica tantu

phæni-

*pboeniceus, et quarundam amygdalarum subrufus exer-
eat): vel luteus: vel flammneus: vel niger ut viola:
alius multicolor & varius, ut iridis, & viola, cuius-
trinus est, ob idq, trinitatis violam appellant. Ge-
nera quoq, consimilis partis florū, non eadem sunt omo-
nibus, sed alijs caro tantū, alijs caro, vena, et cortex.*

*Condissimilis verò pars, et floris corpus ipsum qui-
busdam est lanuginosum, ut frugibus, moro, sederæ, vi-
ti: quibusdam foliatum in quo inest continens, et con-
tentum. Continens calyx seu calyculus τὸν καλύπτον id est ab abscondendo seu operiendo dictus. Conten-
tum calycis, ipsum folium, alicubi & ligula seu
stamen. In rosarum flore foliorum capita, partesq,
candidæ ungues vocantur. Ligula seu filum in me-
dio consistit, cuius summa pars crassior & pendula
apex dicitur. Ea sola aliquando flos appellatur, ut in
croco. Iam quidem flos foliatus exit alijs parvus, ut
olea: alijs grandior, ut malorum generi. Quin &
fazione unum folium duntaxat habet, sed ita implicatū,
ut plurium descriptionem ostendat. Situs floris pe-
culiare vitium est casus à ventis, pluvij, & roribus
nimis, præserti si quis minus arctè hæret, ut punica,
qui facillime amittitur. Vindemia optima est, cùnt
expansis omnino foliis patent, nondum flaccescentes,
aut decidui. Siccandi sunt ob imbecillitatem loco tē-
perato, cui contrarius est apicus, & eminens, aut ni-
mis umbrosus, sapienti vertendi, ne situm contrahat,
neve*

neve colore nativum deperdant, qui cum una vi-
res omnes amittunt et profus inutiles sunt. Nec
nisi secci recondantur cistis tiliaceis, ut omnia odo-
rata, charta si opus est convoluta. Decerptis pluri-
mum atatis annuis est, donec color, et odor perdurat.
Precium in pugilos tres denarij.

Sed non omnes plantæ florent, et sunt tristes que-
dam, quibus flos negatus est, quaquam, non sentiunt gau-
dia annorum, ut ifex, picea, larix, et pinus nullo flore
exhilarantur: protinus enim fructum flores gignunt,
multisq; aliis dura facies semper, ut hominum qui-
busdam fortuna sine flore est.

Seminum genera, cap. XXVI.

Florem excipiat seminis natura. Est autem pars
fætus penitus deformata, et expessa.

Estq; semen nudum, aut fructus, quod et autor de
platis lib: i. præcipit his verbis: Quidam fructus ita
sunt à natura comparati, ut in ipsis statim, et semine,
et eorum operimentum generetur, ut palma, et amygdala,
quidam non item, id est semen est nudum et in
seipso, aut in alio. Nudum, quod indefensum se ipso
continetur, et pro indiviso et parvis avibus expositum
est, ut anetum, corianisum, feniculum, constatq; interna
medulla, et cortice, quo circuntegitur. Quaedam et lanu-
gine amiciuntur, que pappum vocat, ut lactuca semina.
Figura ipsius corporis varia invenitur: Majore qui-

K dem

dem ex parte rotunda, non deest tamen oblonga, et lata, & foliata, ut atriplicis, & laserpitij, quibus adde et angustam & canaliculatam, ut cumini. Colligendi tempus est, cum siccari cœperit, priusquam defluat. Servatur locis excelsis, & flatibus expostis. Ut in Petra, quodam loco Cappadocia, semina vel quadragenos aut sexagenos & septuagenos annos durare potuisse prodit Theophrastus. Locum enim hunc cum alias excelsum, tum flatibus esse apertum, & auris ab exortu, occasu, meridie, editum. Optimum anniculum, bimum deterius, trimū pessimum, ultra sterile. Quae pinguis sunt, ut sesamū, aut acridudinem, amaritudinem vē aliquam habent, ut lupinū, & cicer, diutius durant, et in summa omnia ferre acris saporis ad perdurandum firmiora, ut porrū, saturcia, synapi. Interit autem, ut omnia, vel interna sua vi, cum, calore humoreq; insito desinente, inutilis sicut urinum oīnum relinquitur, vel externa, ut à bestiolis lasum. Precium in seminis senuncias statuitur unus & item alter denarius, maximum tres denarij.

De fructu, partes, & genera eius,
cap: XXVII.

Contexendus est semini fructus, id est semen, quod cingitur aliquo munimento, quem Theophrastus definit hoc modo: καρπός εστι συγκέμενον σπέρμα μετὰ τὸ περικαρπίου

*παρωις. Pomum autem omnis fructus est potius simul et
eius aptus, dictum quasi potum Varronis sententia.*

Partes fructus sunt ipsum semen interius, et tegmen ambiens.

*Ifsum semen in aliis congestum, atque promiscuum
est, et ita stipatum, ut unum corpus videatur, ut in
fœnugræco, staphysagria, punica: in aliis discretum
atque distans, ut in fabis carneo pariete separatur, in
aristolochia camerulis herciscitur, quasi parietibus
intergerinis: idque vel adhaeret, ut in fico, malo, cu-
curbita: vel pendet pediculo, aut ligula, ubi vacua
sunt spatia, ut in solano. Quibusdam simul confusum
et discretum gignitur, ut papaveri.*

*Tegmen ambiens est pars fructus, qua tegitur se-
men gracis περικάπτον. Estque simplex, aut compositum.*

*Simplex, vel caro ut pomis: vel membrana, ut
frumentis: vel corium ut castanea: vel crusta ut gla-
dibus: vel testa et lignum, ut nucibus.*

*Et testa multiplex et varia est natura. Os pal-
mula penè invictum duritia, proxima olivæ firmitas,
tum persico, deinceps amygdala, et alijs, ad mollu-
scæ nucis usque teneritudinem. Scabra testa intus ju-
glandi, foris persico, et labyrinthis canaliculis si-
nuata, amygdalina punctis excavata. Maxima
quoque pars continuo tegitur tergere, pauca bifores,
ut juglans manifesta et facilis aperiri, persicum al-
tera tantum ex parte manifestissimum, sed diffici-*

us ad separationem, in pineis obscurior discretio, obscurissima in avellanis, mediocre in amygdalis, in pistaceis vestigia per se ipsa hiant aliquando vetustate.

Putamen est tegmen fructus inutile, quod auferitur.

Nec verò compositum tegmen uniusmodi est, sed vel geminū, ut membrana et corium in punicis, caro corium in cucurbita; vel multiplex, ubi putamen extimum, aut toti corpori circumfunditur, ut in juglante, aut parti corporis, ut in glande, et abellina.

Fructus non nisi exacta maturitate rapiendus est, neq; tamen expectandum ut decidat. Conditur extra predictam loci rationem, armariis, pyxidibus, vel sportis: aliquando et folia interponuntur: malam medica hordeo, aut milio obruuntur. Qui oleosi sunt sparsos componi necesse est, ut spiritum accipiāt. In acervos enim congesti, spiramento ademto, incalescunt, et facile rancecunt, si præsertim, et externus aliquis accedat calor.

Ipsa fructus genera partibus predictis constantia duo sunt, simplex et utriq; mixtus fructus.

Simplex mollis est, aut nux.

Mollis, qui operimento molliori constat, est q; folliculus, aut caro,

Lusitina. Folliculus est fructus coriaceus, et vasculum quoddam, ac velut utris semen.

Duo ejus genera, siliqua, et spica.

Lusitina. Siliqua est folliculus clausus. Principiò dif- fera

fort partibus. Est enim vel unicoria, ut leguminis: vel multicoria: aliqua intus carnea, ut charantia: Deinde disidet figurā. Nam alia est recta teres, ut cassia fistula: alia inflexa, pressa, ut fabrum: alia orbiculata, ut ciceris arietini; alia fimbriata, ut hyosciami.

Spica est folliculus apertus. Ut enim antiquitus blas, Deorum pharetra fuerant ἀμφιμερές, quasi dicas operata contignatione, ex bumeris suspendebantur, à diverso hominum carebant operculo, pendebant à junctura: Ita spica distat à siliqua. Varro putat à spe denominatam. Eam enim quod sperant fore, ferunt, inquit, agricola, sed verior origo est, quod in mucronem definit, unde inspicere est acuere, spiculum teli genus. Spica omnis continet granum, glumam et cum primitus oritur vaginam. Granum vero, est spica pars intima, solida, à gerendo dictum, quod spica geratur. Gluma grani theca et adeò ipse folliculus: fit à glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. Vagina est folium, unde oritur spica.

Præterea fructus mollis quibusdam carne copiosiore constat, ut malis, fici, cucumeri, et ceteris id genus, quo pertinent iuli, quales sunt corylo, item pilula, bacæ, complura alia.

Adhuc fuit fructus mollis, nux est fructus, qui duro tegitur. Nomen accepit à nocendo dentibus, cum frangitur, aut verius à juglandis effectu, quam omnibus satis noxiā effe constat,

30

Extremum genus fructuum est ex utraq; natura
mixtum, cui ♂ lignum intus est, ♂ extra molle cor-
pus, ut oliva, pruno, persico.

Et floris cum fructu connexum hoc in loco dixisse,
aptissimum fecerit. Alia namq; circa fructum florem
producunt, ut olea, vitis, quae fructu in medio floris
gerunt: alia florem super fructu insidentem emittunt,
ut punica, malus, rosa, majorq; pars corona mentorū,
atq; adeò omnia quae florem folio numeroso producunt,
quippe omnibus his flos in postremo fructus, et crescē-
te fructu diu infixus servatur.

Partibus his fatus subjiciēda est situs ratio. Fatus
igitur vel plantæ corpori adhæret, ut lauri bacca: vel
dependet pediculis, ut poma, pira: quidam utroq;
modo ♂ adhæret ♂ pendet, ut olive, quibus ♂ bre-
ves, ♂ longi pediculi sunt.

Plures vero ♂ inter se coniuncti, atq; connexi fa-
tus uniformes, aut simul nascuntur, statimq; temporis-
bus, aut incerto modo, ♂ alij post alios: sic plan-
ta non mirus fatu, quam foliis percennant, et aternam
naturam habent, ut citri fructus, alii maturi sunt,
alii affecti tantum, nondum etiā perfecti, alii inchoa-
ti, alii in spe floris. In maxima tamen admiratione
pinus est: habet fructum maturescētem, habet pro-
ximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde ter-
tio. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem matu-
rescit alia, ♂ sic dispensatur ut nullo non tempore
maturescat. Plures fatus situs ratione sparsi sunt,

aus

aut condensæ, iijq; umbella, aut racemus, aut juba.

*Umbella est fructus in orbem stipati frequentia, ut holle
ut faniculi, cumini, sambuci.*

*Racemus gracis botrys est fructus condensus glo-
batus, pediculis instar stipitis in ramos sparsis, et di-
visis, ut ederæ, uveæ.*

*Juba propriè sunt crines à collo animalium pen-
dentes, unde jubata dicuntur, qua jubas habent, qua
significatio deinde ē ad fatus accervatos trasfertur,
quomodo milij granum come, jubevè fimbriato ca-
pillo incurvata complectuntur.*

*De fatu plantæ uniformi dictum est hactenus, re-
stat ut exponamus de multiformi ē vario, neq; ma-
gis absurdum videri debet, candē plantā diversos fa-
tus enī, quām folia dissimilia ferre, aut eodem in fa-
tu partes non unas easdem rūe esse. Hujus generis vel
imprimis robur est, quæ præter glandem plurima, et a-
lia gignit, namq; fert ē gallam, ē quadam veluti
mora, ni distarent arida duritia, plerumq; tauri ca-
put imitantia, quibus fructus inest nucleus oliva si-
milis, ē pilulas multiplices, ē alia.*

*Nunc omnibus de planta ē fatu per se dictis, com-
ponenda sint invicem, idq; per singulas partes.*

*Ergo primū sylvestres plantæ minus ferunt, quām
urbana: in causa est earum spissitudo et siccitas. In-
de fit, ut omnem ad se succum avertant, et attrahant.
Sic et mulierum, reliquarumq; animantium nonnul-
lia*

lis sterilitas, corporis habitu constat. Ediverso quod laxum, permeabile, \textcircled{S} humidum est, largè fructificat, quamquam ipsum imbecillus. Et hoc præstat agricultura, alimenta subministrando, afflatibusq; exponendo, omnibusq; modis corpus patefaciendo, \textcircled{S} super vacancis abscissis, in plātam et fructum omni aliametō redigēdo. Itaq; cura fertilitatē, et simul cum ea imbecillitatē adiicit plātis, et senectā. Quin et protinus moriūtur aliqua, præsertim si cœlum facunditatē omnē cblādiatur, et maxime vites. Ideoq; et prægerminant facunda, et præflorent, atq; in totum præcocia sunt talia, ut pote infirma. Omnis enim infirmitas cœlo magis est obnoxia. Quibus rebus efficitur etiam, ut quæ bene germinant, male fructificant, et è diverso quæ bene fructificant, male germinent. Administram enim partem succus influxerit, reliqua jejunior erit. Cum radice vero fætatione collata, quæ altè radicantur, quoniam \textcircled{S} stipites validos, \textcircled{S} ramos multos edunt, fructum abunde profundunt, ut triticum cum ex uno plures culmi prodiereint, plures \textcircled{S} spicas emittat necesse est. Sed aliquando radices fætationem impediunt, in se consument alimento, ut præcipue terrâ rarâ immensum quantum progrediantur. Est \textcircled{S} situs fætuum ad plantarum partes relativi multiplex modus. Nam quadam fructum pariunt sub terra, ut tubera: quadam caudice emittunt, ut morus agyptia: quadam \textcircled{S} lateribus ramorum, ut leguminos

legumina: itemq; cacuminibus, ut fruges, punica, cu-
cumis: quædam sub foliis ferunt, & hoc modo conte-
gunt fæ. ut maxima pars: quædam super folia, ut
ficus, ut cui folia sint maxima, umbrosissimaq;

De duratione speciei plantarum,
cap. XXVIII.

Etenim predicta individui & singularum plan-
tarum natura, transire convenit ad speciei propaga-
tionem. Quædam igitur singulis generibus na-
scuntur, quædam pluribus.

Singularis species seu genus plantarum est sponta-
neum, aut sativum.

Spontaneum, quo plantarum alimentum supra di-
cto interno motu, & potentia naturæ aliquando per
se existit, et quasi in nervum erumpit. Necq; tantum
cœli perpetua influentia circa hoc refert, verum &
aqua putrescens terrâ permistâ, & ipsius soli recens
moti, subactiq; natura: unde ejus loci familiaria pro-
tinus emicant, & pronascuntur. Imbres aliquando
si crebriores incesserint, & diutius occupaverint, pu-
tredine quædam aquæ terraq; commissa, seminis vice
sunt, & plantas generant. Quod Cyrenaica regio-
ni accidisse autores referunt, cum primùm ibi laser-
pitium natum est, itemq; sylva urbi ei proxima, im-
vè piceo, crassæq; circiter Roma annum 403.

Species & quædam perennitas plantarum sativa

L

est

est qua planta alia ex alia oritur, perpetuis vicibus
nascentibus in morientium vestigia succendentibus.
Nascuntur autem ex se invicem radice, propagante,
semine. Quarundam enim radici praecipua vi-
vitas est, et totius insita quadam et latens vis, quo-
modo crocum, lilyum, alia feruntur, itemq; ulmi,
cerasi è radice pullulant.

Hujus loci est et regerminatio, cum stipes si ven-
tura sua, siue externa vi absuntus renascitur.

Rozwoj Propago est species amplificatio plantæ sativa,
refinit. quâ membro externo rursum in terram defixo, radix
nova et viridis acquiritur, quomodo propagatur gra-
men, olea, edera. Hac plantarum species agricul-
tura promovetur duobus modis, ramo ab arbore de-
presso in scrobem, postea amputato flexu, plantaq;
translata. Alterum genus luxuriosius, radices in
ipsa planta solicitando, trajectis per vasa fictilia vel
qualos ramis, terraq; circumpectis, atq; hoc blandi-
mèto impetratis radicib. eodè quo supramodo abscis-
sa propagine, et cum qualis illis sata. Hoc modo ros-
marinum ferunt, sabinam herbam, quoniam neu-
tri semen.

Vedata Talea autem est pars externi membra utringq; pra-
witew/ cis a ferendi gratia. Ita feruntur salix, olea, et similes.
ranß/aneß. **Hac** est plantæ partium satio, frequentior reliqua
wodnoj. seminis, cuius vitium peculiare est, cum sata degene-
herba. rant, ut omnes arbores hoc modo tarda proventu, ac
degenc-

degenerantes, et in situ restituenda: aut cum è semine
diversa species nascitur, ut è barbosa semine rapum.
Seritur naturā, cum decidens, exceptumq; terra vi-
vescit, aut transfertur flatibus, aquis, imbris, ut
ulmi semen flatibus in loca proxima delatum similem
arborem gignit: aut cum alicubi aqua extumescens e-
rumpit, ubi propè locum inundatum plantæ stete-
rint, hic anno sequente resiccato solo iterum surgunt.
Agriculturā autem sementis facienda non unus est mo-
dus. Namq; modò singula semina terræ mandantur,
modò acervatim, ut porrum et apium seruntur in laci-
nii colligata, atq; ita ampliora redduntur. Apium
prater capalo adacto, et fino, terraq; injecta serendum
censem. Quædam semina agriculturā negliguntur,
ut quorum copia non est, quorum planta sua sponte
celerius prodeunt.

Atq; hoc modo singulis generibus prodeunt plan-
ta: quædam & pluribus modis nascantur, ut salices
& sponte, & semine, & talea proveniunt: laurus i-
tem pluribus modis scrietur.

De herba, ejusq; prato, & arvo, & reliqua na-
tura singillatim, cap. XXIX.

Plantæ partes publicæ, quæq; ad omnē ejus naturā
in universum pertinent hunc ad modum s̄ habent, se-
quitur ut de generibus communib; omnibus plantis,
qua figura & varietate constant, dicendum sit. Sunt
autem prima duo, simplex, & mixtum.

Planta forma simplicis item bifariam dividitur,
in herbam, Et ut ita dixerim sublimiplantam.

Splina. Herba est planta tota quasi in terra harenſ. Nam
extrà bina foliola, illico è ſeminis pulpaprodeuntia, dç
quibus antè diximus, ſtatiſ à radice folia fundit, et
hoc modo cunctis ſui partibus humo deſigitur, Et de-
mergitur, unde Et nomen ſortita eſt. In ea peculia-
riter quoq; ſupra dicta natura ratio animadverten-
da eſt.

Alimentum copioſius, quam altior
materia deſiderat, itaq; majori impendio, Et cultu
operofore, ut aratione, ſarritione, runcatione Et ſi-
milibus conſtat. Solum enim rarum, leve, atq; om-
ni ſupervacanea materia vacuum ſit neceſſe eſt, ut a-
limoniam quam facillimè ſufficere poſſit. Imbras
quoq; aſtivos, qui paulatim et crebrò adveniant, pra-
ter ceteras, requirit, quia infirma eſt, Et per ſumma
telluris harenſ, propter quod ſubito madeſcere iuxta
Et ſiccari potheſt. Aetas aliūs paucorum dierum eſt,
ut fungorum, aliūs menstrua, aliūs annua, ut maxi-
ma partis, quædam bima, aut trima ſunt, ut apium et
ſimilia. In generibus elementorum, et temperamen-
ti, ſolum pinguius, quam reliqua plantarum deſide-
rat, ut poſe que id tantum alimenti, quod ſumma tel-
lus miniftrat, (ut palam eſt) capiat, quod nec exigu-
um, nec exiccatu facile eſſe debet. In radicis gene-
ribus peculiare eſt capitatum ſeu bulboſum, quod in
orbem crescit. Eſtq; aliud continuum, idq; vel ſimi-
lare,

lare, fungosum, & molle toto corpore, ut arum: vel
ex cortice & cartilagine constans, ut malum terre,
rapum: aliud discretum tunicis carnosis ut bulus,
expa, allium &c. Genus verò situs peculiare est
pratum, & rus. Pratum est locus herbae sylvestris,
unde fanum colligitur, dictum quasi sponte sua para-
tum. Vlpianus pratum definiuit, in quo ad fru-
ctum percipiendū falce duntaxat opus est: & fructus
ipse fanum, à fanore appellatus est, quod idem per-
manens quotannis ex se novum pariat. Rus est locus
extra urbem, ubi agri sunt, & villa, propterea quod
in agris rursus eadem fiunt, ut rursus capiantur fru-
ctus. Ager verò est locus herbaceorum, in quo ali-
quid agitur, sive arando, sive conserendo, unde &
appellatio, nisi quis malit à graco quod est αγρος, deri-
vatum. Aruum verò est ager aratus. Herba enim
cū primis ut præmonuimus nō modo pīgnē, sed et altā
et subactā terrā desiderat, quod radicibus per summā
adharet, minusq; quam satis est, in deſo solo haurire
potest: frugali verò plures radices capessit, quoniam
altè descendit, ideo nec exareſcere facile potest.

Arvi partes quædam sunt porca, & sulcus.

Porca est arvi inter sulcos elata terra. Dicitur
porca quod ea seges frumentum porrict, ut antiqui-
tus exta deis cum dabant, porricere dicebant.

Sulcus vocatur, quā aratrū vomere lacunā fecit.

Rursum terram cū primū arant, proſcindere

appellant, cùm iterum offringere, Sed genus alii
arandi discrimina sunt.

Radicidium est radicum herbarū collectio. Fieri
debet in juventa, plenis succi plantis, ante quām ex-
tero membro succrescente exhauiatur, id est vere.
Quanquam non ignoramus initio etatis radicum hu-
morem copiosiorem, crudiorē justo inveniri,
ideōq; maximē corruptioni obnoxium. Quare ad-
ductus Dioscorides radices evelli iussit, cùm folia der-
cidunt, hoc est vario quidem tempore, maximē tamē
autūno. Fodienda sunt quām integerrima, cunctisq;
sui partibus, Legenda non divellenda: quanquam
aliquando has vel illas partes succidi oportet, ut ver-
bi gratia ellebori imas atq; tenuiores: superna enim
in caput extuberans inutilis est. Evulsa aqua ablu-
enda, penitus mundanda, tūn medulla lignea in
longum scisso corpore eximenda est, postea siccanda
in umbra. Sed qua crassæ sunt in sole, vento tu-
tò siccari possunt, commodiūsq; si dissectæ, funiculo,
frustis invicem distantibus, traiecta suspendantur,
aut cratibus impositæ quotidie sibi manibus revol-
vantur. Decerptis servatis hoc modo minuti-
oribus etas annua: grandiores biennium, aut trien-
nium perdurant, à trimatu omnes inutiles.

Externi membra natura ad fructum tantum se-
ampliat, ergo qua uno fructificant anno, quaq; bien-
nio durant, ut apium cetera semilia, qua plus
tempo-

temporis obtinent, his omnibus & supernum mem-
brum pro ratione durationis convenit. Cum enim
femen parturiunt, tum caulem emittunt, ut quem
non nisi seminis causa promant, itaq; fatura tempo-
re colligendas esse consentaneum est. Optime fer-
vantur sacculis coriaceis, aut capsulis ligneis, è picea
vel tilia factis, aut fictilibus, excluso spiritu, cui con-
ditioni contrarius est error suspendentium in trabi-
bus, in sacculis lineis, et raris, aëris injuria, pulveri,
fumo, et animalium noxiis expositis. Mensurantur
manipulis, quorum singulis precium est duo vel tres
denarii, quamquam alia alii preciosiora sunt, qua su-
is locis dicentur.

De generibus harum partium supernarum, caulis
proprietate est herba stipes. Hinc & annicaulis herba,
qua caule tantum annum habet, radice vivaciore:
et unicaulis, qua unicum caule & individuum emit-
tit, ut leguminum faba: & è diverso multicaulis,
qua in ramulos spargitur, ut cetera legumina.

Folia herba primo ortu ferè amplissima sunt, &
sepè multiformia, ut una herba videatur esse non u-
na. Nexus quoq; differunt à sublimiori & planta, quod
seipsis adharent, cum in altiore genere plantarum
pediculo dependeant. Verum non desunt, qua cau-
liculaceo quodam appendice annexuntur, ad quem ip-
sum generatim pediculi vocabulum extendi potest.
Quod si quis essentialas partes unā reputet, cau-
lem

lemt plurimum folia praecedunt, & quibusdam foliis perfectis caulis demum assurgit, ut frumentis, ocymo, lactuca, apio. Sunt tamen, quibus ante folia caulis protrudi soleat: Estq; alia herba ab radice tantum foliata, ut plantago, anchusa: alia in caule tantum, ut lotus, viola alba: alia utring, ut intubum.

Membra superna simul cum foliis, herbas synecdoche quadam appellare moris est Herbarii.

Quod & Theophrastus memoria prodendum sibi putavit lib: 10. Vires, inquit foliis insitas, herbas magna ex parte vocare solent Herbarii.

Propagatio speciei herbarum omnibus modis fit. Sponte quidem plurima nascuntur. Esatius vero peculiare genus est lacryma natum: quippe lilyum hoc modo exire traditur, eo quod defluxerit sole arescete. Radici precipua vivacitas, et ideo plurima avulsione feruntur, cuius peculiare genus est bulbaccum, seu capitatum, precipueq; diuturnum & fruticosum, itaque omnia hujusmodi a radice nascuntur. Caule reciso, feruntur quidem omnia regerminant, exceptis que non scabrum caulem habent. Hoc modo agricola arorum, et aliorum bulborum radices augent, exciso superiore membro, & in radicem unam omni redacto alimento. Radix item et rapa direptis foliis terra cooperta, crescunt duratque ad astatem, neque regerminant nisi accumulata humus semoveas. Et quadam semel sata pluribus annis restibili fertilitate proveniunt, ut porrum, apium.

pium. Iam seges vocatur, quod aratū satū est. Novalis autem est, ubi satum fuit, antequam secunda aratione renovaretur. Omnia utiq; meliora nascuntur acervatim sato semine, quam sparsō. Ita certe porrum et aliū serunt in laciniis colligatum. Apium etiam paxillo caverna facta ac fino injecto. Quādam radice semine nascuntur, ut cepa, allium: quadā semine, et surculo, ut ruta, origanū, ocymum, que præcisa serunt. Et de herba hactenus.

De cremenio & arbore, cap: XXX.

Nunc eam plantam exponemus, quæ in sublime effertur, cœli cupida, ut animantium homo. Itaq; folia ejus tota à terra se attollunt, neq; resident ut herba: estq; unistirps, aut frutex.

Vnū stirps est planta excelsior, cuius unicus egreditur scapus: eaq; item in duo genera dividitur, cremiū et arborem. Cremium est sublimiplanta u-^{εραστις} stirps stipite exiguo. Gracis φρύγανος unde φρυγάνη ^{ερεμιδ} et id genus alia: cui latinâ lingua cremenii nomine inditum ^{ερεμιδ} Gara ignoravit, ut ex ipsis verbis apparet. Inter herbā inquit, et fruticem Graci genus tertium reddunt, idq; Phryganū nomine usitatisimo vocat, Latini autem eo nomine vacant, nec quatuor genera faciunt, sed arboris fruticis herbaq; appellatione universas plantas amplecti se satis existimant. Aliibi suffruticem improprie appellat. Nihil enim cum

M frutice

frutice commune habet. Nam neq; est frutex parvus,
nec saltem inchoatus, ut nomen indicare videatur,
ut pote quod non semper, frequentia stipitum super-
veniente, in fruticem transcat.

Strom. Cremio proxima est arbor, id est sublimiplata uni-
stirps, stipite grandiore. Dicitur arbor q; in se habet
is dū eōdū si tū sive tū dū et abīcā

Intemperies arboris, curā quoq; hominum e-
mendatur, q; sunt quæ ad plures, et inter se contra-
rios excessus valent, ut quidam lapides subjiciunt,
quippe Virgilio præcipiente, lapidem bibulum, aut
squalentes conchas infodere, ut acr subire possit, aut
aqua interlabi. Alii saxo aut testā urgent, hoc
enim munimen est ad imbræ per hyemem, q; ad a-
stus arcendos refrigerandamq; arborem per astatem.
Alii sarmenta substernunt, alii lignum infodunt
satis crassum, quod postea extrahunt, ut nunquam a-
limenti copia desit, assiduo humoris confluxu terra
madescente. In generibus elementorum, astas secunda
minus est huic generi noxia, ut potè validiori, q;
penitus terræ defixo, obidq; alimento referto. Qua-
propter id potius desiderat, quod ad percoquendum
germinandumq; valeat auxiliari. Cujus rei argu-
mentum habemus, quod nunquam ante verdat ger-
minandi facultas. Imbræ quoq; arbormodicos de-
siderat, nam si crebri accesserint, deteriorem praali-
mento nimio reddi credendum est. Et pinguis la-
taq;

taq; tellus minus est arbori commoda, qua latè descen-
dens, imaq; subiens succosa, plus a quo attrahit ali-
menti.

In condissimilibus partibus aliquando radix opti-
mè constat, superna vitiosa sunt, quod fieri solet, cùm
solum arenosum et topbosum subest: ut sape in ruderi-
bus nulla ferè arbor sata, pro natura sua copia fru-
ctus ferre cernitur. Radix arboris brevior, minus al-
tum solum, aut scrobes desiderat: ut olea, fici, qua per
summa telluris hæret: ne plusquam satis alimen-
ti suppeditet: altior verò solum magis suspensum &
scrobes profundiores exigit.

Locus verò, præcipue multarum arborum, est syl-
va, aut pomarium. *Sylva* propriè dicitur, qui ca-
duns est, hoc est qui habetur cum in usum, ut ex eo ma-
teria cedatur. Quod si succisus sit, nihilominus syl-
va dicitur, quoniam rursus ex arborum stipitibus,
aut radicibus materia renascitur. Itaq; à Graco ulla
nomen accepit, quod materiam significat, & hujus lo-
ci arbor propriè sylvestris diceretur.

Pomarium est locus arborum mitium, qua scruntur
pomi causa, quod à plantis suis non in unquam peculia-
ria nomina sortitur, ut vinca, vitium pomarium
dicitur.

Præterea caudex privatè appellatur primum ex-
tremum membrum, quod radici adhæret, id est stipes
arboris: Frons autem arboris folium. Est et sativa

M 2 specie

Speciei, quæ sit radice, peculiare nōmen in arboris generē. Nam multarum radicibus pullulat siboles densa, & parit mater, quas enecet, ejus quippe umbra turba indigesta premitur, ut punica, platani, lauri, & quaruncq; radices, amore solis & imbris, in summa tellure spatiantur: his enim solis tales pulli proveniunt. Ii cùm avulsi seruntur, plantaria vocantur. Et alia species similis arboris propria existit, avulsiq; arbore stolones vivunt.

*De frutice, & arbore frutescente, & Oleri-
arbore, cap: XXXI.*

Proxime & secundum unistirpem, alia frutici figura. Sublimiplanta hac est multistipes, & quasi è pluribus unistirpibus composita, propter quod frutex à Graco Βρύαν hoc est à pullulando appellatur, unde & bruges antiquis, que nunc fruges dicta sunt. Eadem ratione Greci vocant θάμνον ἀπὸ τῆς θαμῆς, νῶι τὰ ἔγκα quod sint quasi plures caudices simul, quibus ab radice ramosus se attollat, ut rubus, & paliurus.

Hac de excelsiplanta simplici, sequitur mixta ex unistirpe & frutice, ut myrthus & punica, quæ primo ortu pumila sunt phrygana, suopte ingenio arboris nunquam expletura magnitudinem, stolonum deinde appullulatione fiunt frutices, & nisi sapius purgentur in fruticum formam redeunt. Nux autem avellana fructum meliorem, copiosoremq; fert, si quis virgas

virgas plures relinquat, ut qua sua natura fruticosa sit. Neq; malus, nec pirus, nec ulla alia ab imis plantigera, caudice singulari appareat, sed cultura reliquis caudicibus abscissis utiq; tales redduntur.

Quasdam caudice surgentes multiplisi exilitatis causa diffundi permittimus.

Et de simpliciplanta hac: cui jungatur ex herba ♂ sublimiplanta composita, ut virgultorum oleumq; non nulla, que omnium confessione herbacei generis sunt, ita augeſcunt, ut ad sublimiplanta formam perveniant, propter quod oleriarbores vocantur.

Brassicam Scaliger prodit visam aliquādo tam grādē, ut unum foliolum hominis proceri fuerit palliolū, atq; ita risum captatum. Lactucā in arboris speciem grandescere vulgare est. Theophrastus tradit ejus stipitem ad hortorum postes questum. Eadem est natura radicis ♂ ruta, præterea paliuri, autore Dioride, ♂ similiūm.

De coniunctis plantis, cap: XXXII.

Exposita simplici plantarum natura, in hanc coniunctionem et de coniunctis dici conveniat: unde plāta duplices sunt connatae, aut confines.

Connatae, quarum alia in alia vivit, ut quercus ♂ viscum. Ex ijs adjunctā parasiticam appellat Scaliger, quod alienā vietitē quadra, cuius item duo genera sunt: nam quedam ē corpore subjecta plantae e-

nasci, quedam cortici dantaxat ad nasci videntur.
Primi generis utraq; species reperitur, spontanea
Sata.

Spontanea cùm per se excrementitius subjecta
plantæ succus à calore interno informatus, S ab ex-
terno adjutus, in plantam transit, S coalescit, in mo-
rem cornu ex animalium ossibus per expulsionem ex-
crementorum prodeuntis. Hoc modo nascitur vi-
scum, quod propterea Ion Chins poëta, in fabula Ce-
nici, sudorem quercus appellavit. Similis natura est
agarico, polypodio, dryopteri, cassute, orobanche,
epithymo, et hujus generis aliis. Eodem pertinet
cedera è cornibus cervi cnata, cuius fides penes auto-
res fuerit.

Enata planta sativa est, que è prægressa aliquæ
sui generis plantæ parte, ex alia pronascitur, quod
arte quoq; hominum S cultu fit, S plantarum adul-
terijs excogitatis ab homine. Bifariam provenit in-
fitione, et inoculatione.

Insitio est, cùm scisso truncō facunda plantæ sur-
culus, in sterili infertur, qui propriè calamus et tef-
sera, vel potius per diminutionē tessella dicuntur, quod
utrinq; præcisus instar tessera seu talca habeat.

Inoculatio est planta seminis aliis in alia satio.
Fit naturā raptim avium fame devorato semine,
solidoq; S alvi tempore madido, cùm fecundo fimi
medicamine abjecto in mollibus arborum lacūticis, aut
ventis

ventis sepè translato in aliquas corticum rimas, unde visa est cerasus in salice, platanus in lanro, laurus in ceraso surrexisse. Tradunt & picas & monodelphias condentes semina in thesauros cavernarum, ejus rei prabere causas. In quo naturam postea ars imitata est: Sic inventa artificiosa inoculatio.

Et hac hactenus, ad natu verò plāta est, quae è sordibus, in corticum rimis contentis, et vel à celo calorem vivificum, vel à planta naturalem quandam halitū accipientibus provenit & alitur, ut in queru muscus, et lichen, quem pulmonariam dicimus.

De Sympathia plantarum, cap : XXIII.

Supersunt finitima plantæ, & juxta se invicem satæ, in quibus pax aut bellum naturæ cernitur, odia, amicitiaq, rerū surdarum ac sensu carentium. Hoc modo brassicis cruum sociatur, & in arborum genere olea et myrtus conjungi gaudet: ruta amicitia cum fico tanta est, ut nusquam latior proveniat, quam sub hac arbore. Hordeum quidam vitibus interserunt, aut aliquid siccum, ut immodicū humorem absumat. Et qua de cuncta plantarū natura in universum indicare decet, hactenus fere sunt: plura mox et distin-
ctius. Nunc enim quādam universitate rerum, communia omnīū exhibita sunt monita. Verūm egressa mens interpretationē naturæ, festinat legētis animū, per singulas plantas, Historiā vclut manu ducere.

METHODI

METHODI HERBARIAE LIBER II. DE HISTORIA PLANTARVM.

Definitio historiæ, cap: I.

Historia est secunda pars Herbariæ de singularis plantarum generibus, atiologia subjectis. Historia namque propriè significat rerum singularium, qua videntur, ideam, ejusque expositionem, propter quod $\alpha\pi\delta\tau\gamma$ isoper, quod videre est, apparet dictam. Reddatur hoc in loco \mathfrak{E} Empiricorum secta sententia, \mathfrak{E} ipsa aliqua in propositum. His enim $\alpha\pi\tau\alpha\pi\alpha$ id est proprius intuitus, est ipsa comprehensio et idea visorum, historia verò ejus Idea nominatio. Neque, duntaxat res humanæ, sed etiam ipsa rerum natura in historia vocabulo in nominando intelligitur, ut Aristoteles animalium, Plinius totius rerum naturæ doctrinam, historiam inscripsere.

De fungis, cap. II.

Species plantarum (quod equidem sciam) qui plenè distinxerit, \mathfrak{E} disposuerit, habemus nemine, neque hic ordo autoribus admodum fuit cura, nosquā venia justiore, sicut ne opera quidē difficiliore, si modo cuncta humanus exequi queat animus. Ut tamē historia distinctius

distinctius tradatur, utcunque licebit partiamur.
Atq; ut à communissimis \mathfrak{O} primis auspiciis ordinendi faciamus, vulgaris est horum generum affectio, in se invicem transmutandi, \mathfrak{O} transeundi, ut triticum transit in lolium, & è contra: sisymbrium in mentam: è veteri rapi semine nascitur brasica, punica acida transmutatur in dulcem, & bac in acidam, caprificum in ficum, & è contrario fium in caprificum: similiter & oleastrum in Oleam, olea vicissim in oleastrum.

Genera plantarū \mathfrak{A} etiologia comprehensa, prima duo sunt, planta rудis, \mathfrak{O} elaborator. Inveniuntur enim plantarum gradus quidam, ut animantium, quorum alia informia \mathfrak{O} indigesta sunt, ut spongia, urtica, cancer, echinus: alia absolutiora.

Planta rудis \mathfrak{O} confusa est, in qua \mathfrak{A} etiologia de qua volumine I. diximus, minus est exacta. Inde sic, ut sylvestris sit, & in consimili parte tota natura parabilior, herba duntaxat figura, & composita plerumq; cùm terra aut arboribus naturā.

Duo ejus genera fungus, \mathfrak{O} muscus.

Fungus est planta rудis lenta et spongiosa, ut planè nec terra sit, neq; aliud quam concretus, viscidus, & crassu madecū terre succus. In elementorum mistione & temperatura hac notantur peculiariter, cum fuerint imbræ ac tonieræ, tunc nasci, & cum bius alio anno cistiū & uberiū, alio tardiu. Partem consimilem habet cartilaginem, sine nervo & vena: condissimilem primam viscum sine medulla, cortice inclusum.

Estq; duplex tuber, aut propriè dictus fungus.

Tuber quasi tumer (Gracis ὄστρον παρὰ τὸ ὄστρον, Tuber, id est ab intumescendo) est fungus forma globata. \mathfrak{O} liwy /
Quod ad partem consimilem attinet, in elementorum temperandorum mo- Hauby.
tu interno, calo verno tenerrimum est, & tunc effuditur. Præterea
terra maximè constat, ut cuius in se globata quasi callū sit, item ex imbric-
N bū &

bis & toxicis. Corpus ipsum & missis elementariis distinguuntur colore nigro rufoqz, & intus candido. Aetate annua non excedat. De generibus moris & facultatis crescat anne, ea prorinus globetur magnitudine, qua futurum est, & vivarne an non, Plinii haud facile arbitratur intelligi posse. Et membris sive organis, sola radix inest, neq; aliud quam radix est, excedens sepè magnitudinem mali coronet, etiam librals pondere, forma bulbacea, nullisq; fibris fixa, aut saltam capillamentis. Cardatum materialm & alimentum crassius esse demonstrat, ut radix fungos & sive stipe nascatur. Situs inseparabilis, vulgaris, terrestris (quo sit circumdatum, ut nec utiq; extubet locu, in quo gignitur) siccis, sabulosq; & fructuosis, exteriori Pannonia & plerarumq; Italia regionum. Effigies extat in Comenianis Mathi: in Diosculib: 5 cap: 139. & abud Dodoneu Pemp: 3 lib: 5 c. 25.

Fungus.
Gaubae.

**Fungus propriè dictus à funere agendo nomen sor-
tetus est, quod periculosisimus sit vescētibus.** In parte
consimili moris & actio missione elementaria naturali, materialm habet
succum terrae tenuorem, quam tuber, & in summa limum, & quasi pi-
tuitam, acescente succo madentem terra, aut radice arborum. Aliae
precipue & imbribus, ut supra generatim ostendimus: initioq; spuma len-
tior, dein corpus membrane simile, mox parvum. Moris verò interni prater-
naturali in fungo venena sunt illa pernicielia, profusa improbanda: ca-
ligarius clavus, ferrive aliqua rubigo, aut panni marcer, quasi affuerint
nascenti, omnem illuc succum, alienumq; saporem in venenum decoquunt,
sed hec quā deprehendat in venalibus? Dicunt & nati alia vitia, nunc quo
devisi serpenti caverna juxta fuerit, si patescentes primo adhalaverit, ca-
paci lentore & venenorū cognatione ad virtutē accipientē. Itaq; cave-
ri precipiunt, priusquam se condant serpentes. In ipso corpore quorun-
dam dissectorum facile noscuntur venena, dilute, ut Plinius ait, rubore,
rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum la-
bro, quibus postremo accedit nigredo, & ita protinus compūtrentur.
Quamobrem & Ayicens: lib. 4 sen 6 nocentiores tradit, nigros, vel virides,
vel in nigro purpuorascentes. Noxū sunt & qui in coquendo durio-
res sunt. Et partibus conditissimilibus & membris, collocationis nullum est,
ut potè coherentis terre, aut arboris planta: quanquam interim fibrū ni-
stuntur, aut saltam capillamentū. Nascuntur autem locis herbosis, sabu-
losq; sed humidis, ut in prati, vervacis, sylvi circa arborum radices.
Quidam preferunt montosos: Horatius prateses laudavit, Pratesibus, in-
quit, optima fugū natura est. Perfectio succi sola stipitem exilēt habet,
superne latum, velut capite imposito. Quod ad usum attinet, crudum in
eibum

cibū venit, sed & condicatur siccatus in rafis. Precium usitatū in medimno
et coronatis: sed hoc ipso anno contigit, cùm comenierat bac, ob ri-
am siccitatem, caritatem ejus juxta & relique annona tantam esse, ut
medimnum & coron: veniret, tanta voluptas anticipata cibi est. Ifiges-
pingitur apud Mattheolum lib. 4 cap. 78. Dioscorides & apud Diodorū pem: 3.
lib: 5. cap: 21.

Fungi numerosa genera magnitudine, duritie, co-
lore, sapore, & reliquis qualitatibus divisa, & pri-
ma omnium fungus oblongior, aut perzica.

Oblongior alius maturat in proventu, spongiola spongiola
quibusdam dictus, alius serius nascitur. Gmel.

Spongiola alicur Aprili mense & hoc tempore illius est: ipsum corpus
non modò odorem eximium spirat, gustuq; gratissimum est, sed etiam
omnino innocuum. Inter serotinos minimum quoddam Holdiby.
genus est, nostris à candore Columbinū appellatum, R; sec.
reliquum rubicundius et multiplex, ut quod nos Bo-Lissa.
bemice fulvū, & vultpē à colore, & Amarum fungum Hortia
vocabamus. Qui dilutiū rubent, boletos dictos vo-hūs.
lunt: quorum in motu iterno naturali, ortu occasuq; omni intra di-
es septem est. In spicula organo peculiariter volva prius gignitur, ipsum
postea in volva cen in ovo est luteum: pricipuam hū commendationem pa-
lari deliciosa sententia dedit, sed insigni exemplo in crīmē adductū, vene-
no Tiberio Claudio principi, per hanc occasiōnē, à conjugē Agrippina dato,
ante Martiālē: Boletum (inquit) qualem Clautius edit, edat.

Sunt & in fungorum genere à Græcis dicti perzicae, quasi sessiles, vulgo lupi crepitus. In conditum libum Pliny.
partibus primis, medullam gerunt laxam & præbumidam, quod si reficati
rumpantur, resuunt pulvrem, instar fumi, erubant. E membris
colocationi nullum, sed per se terra, locis arenosis & humidiis, asident
perfectioni succi & usi planta stipes sphaerica figura.

Et fungus hactenus, sequitur muscus.

De Muscis cap: III.

Mech/ Okiecht/ *Muscus est lanugo viridis, qualis fontium marinibus cernitur. Muscū haud dubie murinæ molles & villosa densitatis argumento dicimus. Gracis rō Bp̄ov quod scaturiginibus gaudet. Dicitur et alga ab aquarum algore, & Culva ab humore. Alitur aquarum sordibus, & velut fece terrestri. Ideo Aristote: lib. 6. anim: genū quoddam fuci marini, maris purgamentum definivit. Nascitur solū aquis, aut saltem locis aquosis, & riguis.*

Muscus est angustifolius, aut latifolius.

Muscus angustifolius aquis, terra, & Arboribus adnascitur.

Aquaticus ab imo nascitur, aut insuperficie aquar.

Muscus angustifolius aquaticus imus, est muscus marinus, aut crassior & algosus.

*Musco marino solum est pelagw, natura & sub sensu sevissimā sui parte, per scopulos & testaceas, sive cōchylia, & quāquā patet, sat benigna. Ipsa vero adnata planta motu interno naturalioritur ex viscositate fæcea dupli specie. Alius est enī tenerior, Gracis Bp̄ov Bælōs-
na. op, seplasī & Corallina, corpore lapidi similiōris, quam herba, Mechlos colore subalbo, subinde non nibil rubente, cuius triplex genus pingitur rālowy. apud Dodo: pemp: 3 lib: 5 cap: 19 & apud Marshiolum lib: 4 cap: 94. Precium est in manip. i. cruciat:*

*Curaliū. Consimile, sed diversum ab hoc genus est curalium,
Boral. id est, musco marino solidior. Huic pars consimilis absolute inest sola caro sine nervo & vena, sub aqua molli, exempta confessim durescens, unde & Gorgonia Pinnio videtur dicta, quod Ovid: cecinit biis versibus:*

Sic & curalium, quo primum coniigit auræ

Tempore, durescit, molli fuit herba sub undū.

Dicitur & ratiū lapidescere si vivat, itaq; occupari eveliq; recipit, aq; acris ferramento præciati. Hac de causa à scindendo παχεῖτο καὶ οὐκ εἰσίδι curallium

vallium vocatum interpretantur. Condissimili parte prima, constat
viscere solido, & cortice. Nam circumquaque muscosum exemplum ab
artificib[us] expolitum, cortice deraso, palvere smyrnu, ac terra quadam
è Tripoli Aprica lavigatum. In membris radix nulla. Collocatio
innitens, inseparabilis, vulgaris, aquatica, qua mergent totumque haret in
alto, et exotica mari Tyrrheni & Siculi. Perfectionis succi comparatum est
stipes rectius, dividuus nec ramosus. Sine folio est: sine fructu, & manifestus
error Plini tradentis bacca eis candidas exemplas durari & rubescere,
cum qua circumferuntur stipitis frustra & truncis sint, modo quo diximus
tornati. Sponte gignitur, figura composta, nam & herba, & crevixi, &
arboris forma invenitur. Prisquam usus ejus innoveretur, inquit Plinius,
Galli gladios scuta & galeas adornabant eo, nunc tanta penuria est vendi-
bili merce, ut per quam raro cernatur in suo orbe. Nostra memoria precium
in semuncias tres cruciat.

Corallinarum & curaliorum multò plura postea ^{Moralis} _{ly.}
inventa sunt genera, & hodie & triplex noscitur,
album, rubrum & quod antipathes vocant.

Curalium album carne rariori, minusq[ue], ponderosa, ac spongia-
sum modo inani constat.

Rubri natura est, ut in parte conffimili terenti facile cedat, ^{Moralis} _{weny.}
equabili usq[ue], quoq[ue], concremente sit, nec scabrosum, aut lapidea durissime, vel
turgidum inane, aut concavum & rimosum, quam maximè rubens, alga odore:
in condissimilis ut ramosissimum, & nodosum sit: forma fruticu. Inve-
teratum huic contrarium.

Quod Antipathes vocant curalium est specie ^{Moralis} _{ce-}
tantum distans, colore nigro, ramosus, arboris figura. ^{ny.}

Muscus aquaticus crassior, & limosior est fu-
cua, aut ulva.

Fucus Græcè φύκος θαλάσσιος est muscus crassior in Fucus
mari nascens. Nomen invenit à specie laudatissima ^{marinus} _{Rjasa wo-}
qua in Creta insula juxta terram in petris nascitur, ^{dt anell}
tingendis etiam lanis vestibusq[ue] ita colorē alligans, ^{lekuq[ue]}
ut elui postea non possit. Latinis sine dubitatione al-

N iiij ga dicitur

ga dicitur. Tria eis genera recenset Dioscorides lib: 4 cap: 95.

*Vlva est idem muscus fluviatilis palustris vél, vul-
gata versus sententia:*

Alga venit pelago, sed nascitur ulva palude.

**Lens pa-
lustris:** *Musco angustifolio aquatico ab imo nascenti con-
stitut: Oriehey. nixa est lens palustris, minima plantarum.*

* Fovetur & nutritur palustrium aquarum sparsitate in summo paran-
te. Parte cors. est solus carnis. Collocatio neg, radice, arg, omnino fine
ea constat, prætenubus capillamentis deorsum descendenteibus, subiectu ter-
restrium quibusdam sordibus, & quisquis in superficie aqua non fluenit,
& bio ut alitur ita fulcitur. Persistat unum minus circumacte rotun-
ditatu lenticula folijs.

*Musci angustifoliij aquatici historia dicta est, se-
quitur terrestris. Qui primū distat magnitudine.*

**Muscus
capilla-
ris.** *Est enim genus quoddam vix palmum altum an-
tiquis præteritum. Dodoneo muscus capillaris.*

in òäiss. part. b. membra habet radicem tenuissimam arg, multiplicem
Collocatur, ut cetera id genus, locis riguis, in petru & frequenter arboris-
bus muscosis, & carie excisis, item rima parietum. E supernu vero partia-
bus alibi folios caulinulos, cum granulis, alibi & ramulos restitos pilis
versius quam folijs, unde & nomen. Effigies extans apud Dodon: pemp: 3
lib: 5 cap: 18.

*Muscus angustifolius terrestris major, loco radice
tenuissimus caulinamento terra adhaeret, humicaulis sive amplexicaulis.*

**Muscus
palustris
Wech.** *Dividitur stipitis magnitudine in vulgarem &
farnementosum.*

*Vulgaris, ædificijs utilis, composita alicubi natura ex
ipso musco & planta Rose solu appellata. Ipse muscus vulgaris in mem-
bris esset: sine radice est, sicut matri in desertu, sed rigui, propterea &
palustris vocatur, externi membris caulis divisi, & multiplici: accidenta-
lia vero partu, villorum potius quam foliorum. admodum densorum. Effigie
quere apud Dod: pemp: 3 lib: 5 cap: 14. Ros solis, que in eo nasci-
tur, constat ex parte consimili, effata: succo, qui liquatus auris luteum co-
lorem*

lorena reddit, & carne, consuncta lanagine, qua vel ardentissimo soli atra
tore mactat. E membris essentialibus, radice fibroso dividisis, sed multi-
plicibus caulinis quadrangularibus, folijs auriculatis figura & concavitate,
ab radice nascentibus, erectu. Gignit celo Maij aut lunij florē canti-
dam, foliis hirsutis, fine fructu. Eff: apud Dod: 3. s. 17.

Muscus angustifolius terrestris & major sar-
mentosus, est denticulatus, aut lycopodium.

Denticulatus folijs continuata serie, pinnatis denticulatis
& seriatu nascentur, dupli specie, sola magnitudine distante. Effig: extat laris.
apud Dod: 3. s. 14.

Lycopodium, id est, lupinus pes, est muscus su- Lycopo-
periori cognatus malicaulis, ramosus in morem villosum pedum. Gelent
& ungularum lupinarum, adjundo folio capillaceo. Gignit fricam aut nuc rupestris & gla-
ciam ex muscosis floribus albantia, cacuminibus ramorum: & error offi- nat Mech
cinerū quarundā pro spica celtica usurpantium. Effig: apud Dod: ibidem. zemsky.

Muscus arboreus composita planta est ex arbore & folijs Muscus
villosis adnatu, ut plurimum canu, à truncu & ramu pendentibus. Prima arborum
lax inquit Plinius candidissimo, secunda rutilo, nulla nigro Effig: apud Mech stro
Math: lib: 1 cap: 30. Dioscoridu: & Dod: 3. s. 13. mowas.

Sequitur muscus latifolius sine radice, & caule, solo folio ru-
goso, & velut contracto, qualu est Plinius. *Muscus marinus*, laetitia
folijs sive Dioscoridu fuci prima species. Effig: apud Dod: 3. s. 20.

Similis natura est, quamquam tristior et minor,
muscis latifolijs terrestribus cartilaginea natura, locis um-
brofis nascentibus, licheni & pulmonari. precia in 3l. 3 den:

Lichen in parte consimili germinat Majo ac Iunio, subpinguis, & Lichen.
cartilagineus est. In collocatione innit & insep: vulg: ex aquaricarum Patruell
& terrestrium saxorum compositu. Asperginosis enim petris adbareret,
radice perpusilla fibris multiplicibus, è quibus succum lingit: Essentiali
membro superno nullo, folio levi, plano, ab radice angusto, deinde diducto &
lato, & tripli vel quadruplici lacinio intersecto, radicis fibrillu articulata
superficie adharente, & quasi agglutinata. Plurimae collata sunt u-
niformia, aeternā naturā, squamatim sibi incumbentia. Fatus eius
constat Iunio & Iulio Mensib; estq; flosculus unicolor, candidus, foliatu,
parvus,

parvus, radiatim innexus folijs, pediculus capillaribus radici adhaeret, surrectâ figura. Quod ad usum attinet, lichenis impetrigine affectu, & item hepaticu medetur, inde nominibus juveni. Sed ad discrimen cognominum, hepatica saxeâ dicatur. Efig: apud Math: Dioscoridu lib: 4 cap: 28 Et Dod: 3. 5. 15.

Pulmo. *Pulmonaria est muscus latifolius terrestris: in naria. parte consimili aridior: in collocatione continetur capillamentu radicum plenior. & loco, non modis lapidibus & duris pavitisq; germinibus: sed etiam annosorum, rimosorumq; caudicu quercur, fagi, & aliarum corticibus: perfectionis succi, ut generatim proponuimus, nulla membra insunt. Folium majus, durum, rugosum, asperum, lencum, cartilagineum instar cruste aut lorice. Parte supina viride, prona inalbicat aut paler, sinuosis meatibus, & punctis, superficieq; colore, & incertâ figurâ pulmonib; simile, quibus & multum prodesse creditur. Plura multipliciter sibi impletantur. Efig: extat apud Dod: 3. 5. 16.*

Hac ferè est Historia plantæ rudis, & confusa, nunc dicetur expressior & elaborator, in qua Aetiologya supra dicta manifestius appetet.

Arundinaceorum Historia, & genera cap: IIII.

Plantæ absolutioris, quæ sequitur, prima genera duo sunt, magnitudine distantia, humilius et majus.

Humilius, nervicaule & enerve.

Nervicaule in parte condissimili prima, tenuissimo amicitur cortice, ut carnem omnem corticis loco, hoc est, forinsecus, habere videatur, ligni autem vice intus inanitatem, aut fungosam aliquâ medullâ.

Nervaceorum item genera duo sunt, gramineum & ferulaceum.

Graminecum intelligatur maximè consimili, & equalis

aequali corpore, hominum utilitatibus precipue genitum, summumq; munus telluris datum à natura, itaq; vulgatissimum, ut quo maximè animantium vita constet.

